

IMP
2
053

P
3


JMP

2

053

~~Caja C-106~~

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19





JMP

2

053

~~Caja C-106~~





XIV-1-7
CHRISTOPHORI CELLARII
CHALDAISMVS,

sive

Grammatica noua Linguae Chaldaicae, copiosis-
simis exemplis, & vsu multiplici, quae
Chaldaea Lingua Theologiae & Sacrae Scripturae
interpretationi praestat,
illustrata.



C I Z A E

Sumtu Bielckiano excudit Fr. Hetstedt.

M DC LXXXV.

CHRISTOPHORI CILLARI

CHARLES M. V. S.

M.C.

Grammatica nova Linguae Chaldaicae
cum copiosis exemplis & vna tabula
tabula Linguae Theologiae & Sacrae scripturae

in quatuor partibus
divisa



1753

Summi Bibliopoli Johanne I. H. B. S. P.

M. DC. LXXIII.

XIX-1

Academiae Ienensis
venerabili Seniori & ornamento insigni
IOHANNI FRISCHMUTHO,
SS. Linguarum Professori mirifice merito,
S. P. D.
CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

AD te, vir amplissime, redit renouatus Chaldaismus & multis accessionibus auctus, qui simplex & rudis tuo celeberrimo nomini consecratus erat. Iure enim & ex meritis tuis tibi ille debetur, qui princeps mihi & auctor cum ad ingredienda, tum excolenda hæc studia ante duodetriginta annos exististi. Inde vsque si repeto progressum in illis, tuis me præceptis sermonibusque, maxime autem doctissimis litteris, quas per viginti fere annos ad me subinde dedisti, non mediocriter in hoc studii genere confirmatum intelligo, vt, quamquam dudum ab illo ad alium laborem auocatus sum, tuis tamen, & tui similibus virorum, beneuola approbatione incitatus, non negligerem, sed subsociis aliquando horis & παρέρως venerarer, quas olim amaui coluique Orientis sanctissimas Musas. Vt taceam beati generi tui, antecessoris mei clarissimi, IOHANNIS CRAVSII singularem erga me adfectum, quem te conciliatore mihi paratum fuisse non ingrato animo recordor. Verum desino rationes instituti mei per censere, cum notissimum omnibus sit, te in illorum
nume-

numero, ad quos nostro sæculo huiusce generis studia, tanquam ad iudices & censores, deferuntur, facile principem esse, vt auctoritate tua, si non displiceant, tueri possis, aut errorem pro summa humanitate excusare. Ordinis potius, quam instituti, per se honesti atque pii, rationes persequor. Præcepta, vt inuenti patebit, vberiora dedi, eaque copiosissimis exemplis summaque fide productis, non modo ex Daniele & Esra, sed cum primis etiam ex paraphrasibus, quotquot illarum exstant, confirmaui. **V SVM CHALDAISMI** non vnum, sed varium & fœcundum adieci, vt videant tirones, cuius gratia huic studio sit opera impendenda. Cum vero vetustiores Iudæi, in quibus etiam Targumistas numeramus, liberalius de Messia locuti fuerint, cuius facere mentionem pæne pudet recentes, quod singulare argumentum desperatæ causæ est; **MESSIOLOGIAM** subiunxi, ex qua appareat, non frustra operam in Targum locari, nec pœnitenda inde nostræ fidei testimonia produci. Quod superest, Deum veneror, vt te, venerande **FRISCHMUTHI**, in Academiæ vestræ litterarumque incrementum incolumem saluumque diu præstet

& conseruet.

GRAM-



GRAMMATICA LIN- GVAE CHALDAICAE.

CAPVT I DE LITTERIS ET LECTIONE.

Litteræ Chaldæorum neque numero, nec potestate; &, quantum hodie constat, neque figura ab Ebræis litteris differunt. An olim habuerint figuram propriam Chaldæi, huius loci non est disputare, quod attigimus in Sciagraphia Philologiæ Sacræ pag. 5. Iam sufficiat non ignorasse, Danielis & Esræ sacras pericopas, & Targumin siue paraphrasas Chaldaicas, etiam Iudæorum Chaldaici stili libros, iisdem, quibus Ebræi vtuntur litteris, eodemque valore illarum & potestate, constare.

II. Solum *ש* *Shin* apud Chaldæos rarius est, quam Ebræos, quippe Syros imitantur, & sicut hi semper, ita subinde Chaldæi illius loco *ס* vsurpant. e. g. scribunt *בְּסָרָא* & *בְּשָׂרָא* caro, *סָנָא* & *שָׁנָא* crenit, *סָפָא* aduersatus est, *שָׁנָא* odit.

III. Diuisiones quoque litterarum eadem sunt vtriusque linguæ: nec quiescentium, aut gutturalium heic alia lex est & ratio, quam quæ apud Ebræos fuit.

IV. *N* epentheticum sæpe est in syllaba kamezata, interdum etiam in patachata. c. c. *יָנָא* & *עָנָא* grex, *סָפָא* & *שָׁפָא* siue *שָׁן* quis? (sicut & pro *סָפָא* vas, instrumentum nonnunquam *שָׁן* est;) *בְּחַרְתָּ* in Daniele, alibi *בְּחַרְתָּ* post, *בְּחַרְתָּ* & vsitatius *בְּחַרְתָּ* fortia facta, *עָנָא* ingressus est, Onkel. Gen. XXIV. 1. quod sine *N* est Dan. II. 16.

V. Duplex N in fine vocis, quod gratum Syris & frequens est, non tolerant Chaldæi, sed posterius in ה perpetuo mutant. e. g. אִנְכַּן *instus*, emphatice; שְׂגִינָא *multa* Fœm. אִנְכַּן fuerunt Fœm. אִנְכַּן Infin. Pael, *tentare*.

VI. Iod otiosum frequentissime vel comes vel index est Vocalis secundæ siue Zere, vt אִנְכַּן *diuisit*, יְיִב *sedens*, בֵּיה *in illo*: interdum etiam שְׂגִינָא Scheva, vt אִנְכַּן *homo* Gen. XI. 5. 7.

* Hoc Iod ex consuetudine, qua Targumin sine punctis scribebantur, videtur reliquum esse, vnde in Danielis & Esræ scriptura, antiquitus punctis vocalibus instructa, negligitur, vt אִנְכַּן *splendor eius*, Dan. II. 31. Contra his sanctis scriptoribus Iod quiescit in Pronomine הַ cum Pluralibus iuncto, quod Targumistæ prorsus eiciunt. Sed de hoc in Suffixis infra dicemus.

VII. ו & י mobiles in Targumin sæpe duplicantur, præsertim si Dagesch forte important. Causa eadem, quæ modo in Iod cum Zere quiescente, dicta fuit, scriptura nempe Vocalibus destituta, vt hodieque solent Iudæi easdem litteras subinde ingeminare, de quibus Rabbinismus cap. I. num. 9. potest consuli. Exempla Targumica sunt וו *ve* Num. XXIV. 23. צֹוֹרִין *clamantes* (pro צֹוֹרִין, vt Exod. V. 8. scriptum est) I. Paral. XI. 7. הוּוֹר *fuit* F. ibid. commate II. מִסְתִּינִי *adiutus*, ibidem, קִימִי *fœdus*. In Paralipomenon libris, quos nuper clarissimus vir Matth. Fr. Beckius in lucem produxit, vt & in Venetis Bibliis, hoc valde vsitatum est.

VIII. DAGESCH quoque Chaldæis & Ebrais idem est: in Leni plane nulla differentia: in Forti hæc sola subest, quod hoc crebro in ה resoluatur, aut litteram, cui inesse debebat, duplicet. e. g. הַנְּדַע *cognosces* Dan. IV. 23. מְנַדְרָא *tributum* Esr. VII. 24. אִנְכַּן & אִנְכַּן *uxor*, אִנְכַּן & אִנְכַּן *facies, vultus*: sic עַמְמִין ex עַמְמִין *populus*, רְמִינִי ex רְמִינִי *mare*.

IX. Est quoque, vbi detruncet Chaldæi voces in fine, Rabbinorum more, vocali tamen manente, & virgula superne apposita, qua defectum indicet. e. g. Onkelos in Polyglottis Anglicanis Num. XXIV. 10. רְגִוֹ *ira*, commate 18. רְגִוֹ *hereditas*, Deut. V. 5. בְּטוֹרִי *in monte*: at in Buxtorfianis singula plene רְגִוֹ, רְגִוֹ, בְּטוֹרִי

✠ **פְּסוּרֵי** perscribuntur. In laudatis Paralipomenon libris abscisso hæc frequens, vt **קָרָה** ante, lib. I. cap. X. 1. **וַיִּנְיָ** pro **וַיִּנְיָה** *armatura eius*, ibid. comm. 5. Præcipue *Israelis* nomen in iis libris **יִשְׂרָאֵל** præcise scriptum est.

X. Referrî huc potest diuinorum Nominum vel abbreviatio, vel immutatio. Tetragrammatum enim **יהוה** constanter vel plerumque Targumistæ per **יה** exprimunt, quod Iudæi per *Adonai*, vt Ebræum, legunt. *Plerumque dixi*, quod video libros variare. v.g. in Targum Hierosolymitano Operis Polyglotti Gen. I. 27. Angli exhibent **יהוה קָרָם וְהוֹרָה מִן**, at Buxtorfianus liber **יהוה קָרָם מִן** per scripturæ v̄sitatum compendium. Nomen **ELOHIM** ab altero Ionathane, Pentateuchi paraphrasta, perinde ac vulgaribus Rabbinis, non nunquam per **אלהים**, **אל קים**, vel **אלקים** superstitiose scribitur, quanquam & heic in libris variatum. Anglicanus certe **ל**, non **ר**, nec **פ** in iis etiam locis habet, quæ Cl. Buxtorfius tam in Grammatica Chaldaica, quam in Lexico ex Ionathane allegauerat.

XI. Tantum de Consonantibus litteris. Quæ enim de permutatione illarum, **ש** nempe in **ת**, **ז** in **ר**, **צ** in **ט**, **ב** in **פ**: vt etiam de aphæresi, prosthesi, metathesi, dicenda essent, commodius infra, vbi de vocabulis Chaldæorum, quantum ab Ebræis distent, acturi sumus, pertractabuntur.

XII. **VOCALES** sunt totidem Chaldæis, quot numerantur apud Ebræos: nec tamen illi tam curiose, vt hi solent, inter longas & breues distinguunt, sed nihil solennius est, quam Kamez cum Patach; Cholem vel Schurek cum Kibbuz; Zere cum Sægol; paruum cum magno Chirek, permutari. e. g. **טוב** & **טוב** *bonus*, **יִתְבַּח** & **יִתְבַּח** *habitantes*, **סִנְאֵךְ** & **סִנְאֵךְ** *forestæ*, **גִּבְרָךְ** & **גִּבְרָךְ** *viri*, **מִימְרָה** & **מִימְרָה** *verbum*, & (Ionath. Gen. II. 24.) **מִימְרָה** *vocare*: quod maxime fit, vbi Dagesch cum Chirek P. ponendum erat, vt **אִיתָה** pro **אִתָּה** *uxor*, **גִּינְתָה** pro **גִּנְתָה** *hortus*, **אִימְרָה** pro **אִמְרָה** *absconditus est*. vbi Dagesch in Iod resoluitur. vid. Targum Jonathanis Gen. II. 18. III. 8.

XIII. Hinc est, quod Scheva post longas **ו** & **י** sæpissime quiescat, præsertim si breuium vices, **טל** Kibbuz nempe & Kamezchatuph, ex analogia Ebraica sustineant. e. c. **קודשָׁה** *sanctitas*,

צְבִירָה *fortitudo*, אֲרוּרָה *via*, אֲרוּרָה *longitudo*, אֲרוּרָה *robur*
 cum פ raphato, Genes. XLIX. 24, pro quo est אֲרוּרָה I. Paralip.
 XVI. 21. ut ut ceteroquin Kamezchatuph sit rarum Chaldaeis, qui in
 eius loco plerumque ו adhibent.

XIV. GUTTURALES quoque Scheua compositum pro sim-
 plici, ut אֲרוּרָה *aurum*, אֲרוּרָה *esse*: & furtivum Patach siue
 Genusa in fine, præcedente longa, ex more Ebraeo postulant,
 licet, Zere antegresso, ex communi gutturalium lege Patach ordi-
 narium, sine additamento furtiuo, plerumque recipiatur, ut אֲרוּרָה
 efferre se Eccles. I. 12. Saltem hoc certissimum, Affixum ה vel
 ה, personæ tertiæ virilis, nunquam admittere Patach Genusa.

XV. TONVS in sacris est Ebraeus: vulgo Syrus vel Rabbinic-
 us. MILHEL tamen semper sunt, quæ desinunt in seruilia ה, נ, כ, ו, י, ו, ו, ו; & verbalia א, ac א; ה siue ה
 & ו, quæ posteriora etiam ex Ebraismo nota sunt.

XVI. ACCENTVS in Daniele, Esra & Onkelosio sunt iidem,
 qui apud Ebraeos: in ceteris libris nulli.

XVII. Ad PRONVNCIATIONEM quod attinet, nihil cer-
 ti definiri potest, quod neque Ebraismi heic certior ratio est. Quis-
 que pronunciet Chaldaea, ut adfuetus est Ebraicis, saltem Kamez non
 nihil crassius efferat: nec errabit, si ad Rabbinismum, aut Syriismum,
 cui maxime congruunt Chaldaica, quidquid huius rei est, accom-
 modauerit propius.

CAPVT II. DE NOMINE.

VT Syris & Samaritanis, ita etiam Chaldaeis *Status Nominum*
 triplex est, *Absolutus*, qui per se notus est, & ex oppositione
 reliquorum magis cognoscitur: *Emphaticus*, qui respondet ferme No-
 minibus Ebraeis, quæ He Emphaticum præfixum habent: & *Con-*
structus, quo vtuntur in Genitiui rectione, siue Regimine, perinde
 ac apud Ebraeos fieri assolet. Singuli Status tum per *Sexum*, tum
 per *Numerum* diuiduntur, Sexus, ut ceteris orientalibus, Chaldaeis
 tantum

tantum duplex est, *Masculinus* & *Fœmineus*: nec Numerus fecundior, *Singularis* nempe, & *Pluratius*: Duali enim Chaldæi paucissimi, atque ita perraro vtuntur, vt post paullo declarabimus.

Status Absolutus

Numeri Singularis.

MASCULINA Substantiua dissyllaba plerumque in Patach vel Zere desinunt, præsertim si duplex Sægol vel Patach, aut duplex Kamez apud Ebræos habuerunt, vt צֶלֶם *imago*, בָּעַל *dominus*, טַעַם *gustus*, שֵׁנְתָּא *sententia*, וִיר *uir*, מֶלֶךְ *rex*, כֶּסֶף *argentum*, נָחַר *aurum*, נָחַר *fluvius*, &c.

Adiectiua varie se habent, vt טוֹב *bonus*, רַשׁ *malus*, קַדִּישׁ *sanctus*, חָכִים *sapiens*, שֵׁנִי *secundus*, יָשִׁים *vel* יֹשֵׁים *iustus*, &c.

FOEMININA Substantiua in נָ (pro quo in dialecto Danielis & Esræ est הָ) item in וֹת, וֹת, וֹת, & horum apocopatam formam וֹ, וֹ, וֹ, exeunt. e. g. אִשָּׁה *uxor*, כֹּחַ *potentia*, בִּינָה *intelligentia*, צְלוֹת *precatio*, סְהֵדוּת *testimonium*, זְכוּת *iustitia*, מַשְׁרֵת *castra*, טִיבוֹ *bonitas*, דְּשׁוֹ *facultas*, שִׁבּוֹ *senectus*, קִשְׁיוֹ *durities*, רַבּוֹ *myrias*, וְרַעֲיָ *familia*, &c.

Adiectiua solum נָ (Babylonice apud Danielelem & Esram הָ) Masculino addunt, vt טוֹבָה *bona*, קַדִּישָׁה *sancta*, שְׂגִירָה *(הָ) una*, ne נָנ concurrant, vt supra pag. 2. cautum fuit) *multa*, חֲרָה *una* in Daniele: Quæ in וֹ desierunt, וֹ in נָ mutant, & fœmineum הָ superaddunt, vt נֹכְרִי *alienus*, נֹכְרָה *aliena*, מִצְרִי *Egyptius*, מִצְרָה *Egyptia*. נָ enim, quod in Masculino interdum inest, vt יֹשֵׁים, otiiatur & vicem vocalis implet.

Participiorum eadem ratio est, quæ Adiectiuorum, vt נִסְרָה *seruus* F., מְפַנֵּה *educens*, כְּתִבָּה *scribens* Dan. V. 5.

Numerus Pluralis

MASCULINORVM fit, addendo Singulari syllabam וֹ, & punctis vocalibus priorum syllabarum in eam formam mutatis, quæ in Statu Emphatico est; vnde compendio dici potest, Pluralem Masculinorum Absolutum fieri ex Singulari Emphatico, solo נָ in וֹ mutato.

mutato. e. g. יוֹמִין *dies*, וְיָבֵרִין *viri*, עֲבָדִין *serui*, בְּשֵׁין *multi*, וְכַפָּאִין *insti*, נְפָרִין *custodientes*.

FOEMININORVM, N. (vel ה) Singulare in ך, mutando, vt מְרִינֵין *ciuitates*, הוֹרֵין *vacca*, שְׁפִירֵין *pulcra*. At quæ in ות, ות, & יו (seu apocopatam horum formam ו, ו, ו) Singulariter designabant; abiecto ת, mouent ו vel י in Plurali Numero, vt רִבּוֹן *myriades* ex רבוֹת vel רבוֹ Dan. VII. 10. וְזִכּוֹן *institia* ex זכות, Ierem. XXXIII. 15. וְרֵעֵין *familia*, Iof. VII. 14.

Dualis Numerus.

Dualis in ך, admodum rarus est, vt יָרֵין *manus* Danielis II. 34, קַרְנֵין *cornua* VII. 7. מֵאֵתֵין *ducenta* Esr. VI. 17. atque sic tantum in Daniele & Esra, neque in his semper. Targumistæ pro eo vel Plurali vtuntur vt עֵינֵין vel עֵינֵין *oculi*, אָזְנֵין *auris*; vel illum circumferibunt. Sic Exod. XVI. 29. XXI. 21. יוֹמִים Onkelos vertit יוֹמֵין *duo dies*. Sola autem תֵּרֵין *duo*, & פִּרְתֵין *dua*, Dualis Numeri censentur esse.

Status Emphaticus,

& quidem

Numero Singulari.

MASCVLINA definunt in N, hoc est, Singulari Absoluto addunt N, vt יוֹמֵין *dies*, דִּינֵין *iudicium*, atque ita Adiectiua Masculina Singularis Numeri non differunt a forma Fœmineorum Absoluta, vt שְׁפִירָא *pulcer*, וְכַפָּא *instus*. Si priorum syllabarum vocales mutabiles sunt, mutantur plerumque eo modo, quo solent apud Ebræos in incremento vocis. e. g. סִפְרָא *liber*, כֶּסֶפָא *argentum*, שִׁקְרָא *mendacium*, עֵמָא *populus*, לֶבָא *cor*. Sed de his plura in parte de Mutatione Vocalium.

FOEMININA definunt in ת, præcedente Scheva; siue N Absolutæ formæ mutant in ת, vt חֲכָמְתָא *sapientia*, אֲרָמְתָא *terra*, אִתְתָא *uxor*, נְבִיאָתָא *prophetissa*, רַבָּתָא *magna*, קַדְמִיתָא (vel, vt in Targum scribitur, קַדְמִיתָא) *prima*.

In **ת** finitis, hoc est exeuntibus Singulari Numero in **ות**, **ות** & **ית**, solum **N** adiicitur, vt **צְלוֹתָא** *precatio*, **זְכוּתָא** *meritum*, **וְרֵעִיתָא** *posteritas, familia*.

Pluralis Numerus Emphaticus.

MASCULINORVM in **יָא** exit, seu, quod idem est, **א** Singulare mutatur in **יָא**, e.g. **טוֹרֵיָא רַמְיָא** *montes alti* Gen. VII. 19. **יוֹמֵיָא סְגִיָא** *dies multi* Exod. II. 23. Sic **גְּבוּרֵיָא** & **גְּבוּרֵיָא** *viri*, **חַיִּבֵיָא** *peccatores*, **נְבִיָא** *propheta*, **פְּתֻמֵיָא** *res, facta*, **גְּבוּרֵיָא** *gigantes*. Forma Singularis **אָה** in Constructam, etiam sine constructione, per Enallagen mutatur, vt **יְהוּדָי** *Iudei*.

FOEMININORVM in **תָא**, id est, Scheva Singularis Emphatici, quod ante **ת** præcessit, mutatur in Kamez, vt **גְּבוּרְתָא** *fortitudines*, **בְּרֵיתָא** *creature* Ionath. Genef. I. 5. **אֶרְעָתָא** *terra* I. Paralip. XV. 1.

Terminationes **ותָא**, **ותָא** & **יתָא**, quiescentem litteram mouent, vt **רְבוּתָא** *myriades*, **מַרְכָּוָתָא** *regna*, **בִּשְׂרֵיתָא** *castra, copia*.

Status Constructus siue Regimen Singularis Numeri.

MASCULINVS Singularis Status Constructus est sicut Absolutus. Neque enim heic puncta variantur, & finale Kamez pro lubitu retineri, aut in Patach mutari potest. e. c. **בְּעַל אֶתְתָא** *dominus uxoris*, hoc est maritus, Exod. XXI. 3. **עֵינֵן פֵּרֵן** *arbor fructuum* Gen. I. II. in Onkel. **הוֹשֵׁבֵן יוֹמֵן** *numerus dierum* Gen. I. 14. in Ionath.

FOEMININVS plane Ebræo more in **ת** definit, si Absoluta forma **N** vel **ה** fuit, vt **בְּגִזְרַת עֵירֵן** *in decreto vigilum* Dan. IV. 14. **אֶתְתָא אֲנָשֵׁי** *malitia hominum* Onk. Gen. VI. 5. **אֶתְתָא אַבְרָם** *uxor Abrami* XI. 29. **קְרִית עַמֵּיָא** *civitas gentium* Num. XXIII. 19. Etiam in Adiectiuivis, quæ Substantiuorum more, vt apud Ebræos, construuntur, e. c. **שְׂפִירַת חוּן** *pulcra adpectu* Genef. XII. 11.

In ceteris formis, hoc est in **ת** definentibus, nihil mutatur, nec differt Constructus Status ab Absoluto, e.g. **בְּמַצִּיעוֹרָה מִיָּא**

in medio aquarum Ionath. Gen. I. 6. מַשְׂרֵית בְּסֻדְיָי exercitus
Chaldeorum II Reg. XXV. 5.

Pluralis Numeri:

MASCULINVS est pure Ebraeus, in י, finitus, vt רִשֵׁי טוֹרָא
capita montium Gen. VIII. 5. אֲרָעָא עַמְמֵי אֲרָעָא populi terre XVIII. 18.
רָבָא תְּקִיפֵי רָבָא obstinati corde, Esa. XLVI. 12.

FOEMININVS tollit נ, ex Emphatica terminatione תָּ, seu fini-
tur in תָּ, vt בְּנֵת אִנְשָׁא filia hominum Gen. VI. 2. מְלִכּוֹרָא
עַמְמֵי regna populorum Psal, LXVIII. 33.

*Pro Constructo saepe est Absolutus vel Emphaticus Status se-
quente ךְּ Praefixo, vel, in Daniele Particulā ךְּי, Genitiui nota,
vt עוֹפֵא דְּשַׁמַּיָא volatile caeli Gen II. 19. אֲנִשְׁן דְּשַׁמַּיָא vi-
ri nominis, id est celebres, VI. 4. אֲלָא דְּרֵי נֶשֶׁר ale aquila
Dan. VII. 4.

Anomalia Nominis.

I. Sub Masculina Absoluta forma, vt apud Ebraeos, quaedam,
Foeminina latent, ex Ebraismo nota, e. g. אֲרָעָא terra, נַפְשָׁא anima,
עֵינָא oculus, יַדָּא manus &c.

II. Masculina אב pater, שׁוּם vel שְׁמָא nomen, formant Plu-
ralem foemineo more in י & תָּ, & insuper ה epenthetice inter-
ponunt, vt אֲבָהֵן, אֲבָהֵתָא, & Constructe אֲבָהֵיךָ patres: שְׁמֵהֶן,
שְׁמֵהֵתָא, constr. שְׁמֵהֵיךָ nomina; alia ו mobile interponunt,
vt לַיְלֵיךָ noctes Gen. VII. 4. רֹעֵיךָ pastores (ex Sing. רֹעִיא)
XIII. 8. quanquam hoc etiam Masculine formet רֹעֵיךָ I. Reg.
XXI. 7.

III. Foeminina formam Masculinam in Plurali imitantur,
שְׁעָא hora, מְלֵיךָ verba, שְׁנֵיךָ anni, quæ in Sing. נָ, vel ה, mu-
liebre habent. Sic ex קְרִיָא urbs, קְרִיָּי & קְרִיָּי urbes Num.
XIII. 20. constr. קְרִיָּי Gen. XIX. 20. שְׁבִיךָ Sabbata &c.

IV. Epenthesin præterea in formatione Pluralis amant, & qui-
dem litteræ ה, præter אב & שְׁמָא num. II. exposita, מַאָּא ma-
ser,

ter, **מִתְּרֵיָא** *matres* Jerem. XVI. 3. *quancquam & virilis forma & genere anomala, sine ה exstat* Thren. IV. 3. **מִתְּרֵיָא** *matres ipsorum:* sic **מִתְּרֵיָא** *ancilla, Plur.* **מִתְּרֵיָא** Gen. XII. 16. At litteram ו interponunt non solum ea, quæ ו ante finale נ habent Absolute, idque pluraliter in ו conuertunt, vt de **לִרְיָא** *nox*, & **רְעֵיָא** *pastor*, **קְרֵיָא** *vrbs*, modo dictum est, atque etiam ex **כּוֹרְסֵי** vel **בְּרִסְיָא** *thronus* probatur, vnde fit **בְּרִסְוֹן** *throni* Dan. VII. 9. vel **בּוֹרְסוֹן** Psal. CXXII. 5. item **סוֹסֵיָא** *equus*, vnde **סוֹסֵין** & **סוֹסוֹתָא** Deut. XX. 1. I. Reg. XX. 21; verum etiam alia, quæ ו non habent, vt ab **נֶסֶן** *signum*, fit **אֲתֵינִין** & **אֲתֵינִין**, illud Gen. I. 14. hoc Num. II. 2. & constructe **אֲתֵינִין** Esa. XLIII. 25. a **סַפְּרָה** *labium*, **סַפְּרָה** & **סַפְּרָתָא** Lev. V. 4. Psal. XLV. 3. ab **עֲרִיבָא** *holocaustum*, **עֲרִיבִין** Esræ VI. 9. at Emphat. Pluralis **עֲרִיבִין** regularis est; ab **עֵין** vel **עֵינָא** *fons* (nam, vt *oculum* notat, habet regulare **עֵינִין**) **עֵינִין** *fontes* Deut. VIII. 7. XXXIII. 13. a **פְּרִישָׁתָא** *miraculum*, **פְּרִישָׁתִין** Exod. III. 20. I. Paral. XVI. 24.

* Est etiam, vbi ו manet, & tamen ו superadditur, vt **אַרְיֵיָא** *leones*, ex **אַרְיָא** Singulari: & vbi recurrit, in Singulari abiectum vel mutatum, præsertim in gentilitiis, vt **יְהוּדָא** *Judæa mulier*, Plur. **יְהוּדָתָא** Exod. II. 7. & his formâ similibus, vt **נִכְרֵיָא** & emph. **נִכְרֵיָתָא** *aliena*; **נִכְרֵין** & **נִכְרֵיָתָא** *peregrina* Gen. XXXI. 15. illud Onkelos; hoc Ionathan.

V. Vtroque sexu Pluralem quædam formant, **נֶסֶן** *signum*, de quo iam diximus; **חַיִל** *exercitus*, **חַיִלָּין** Exod. XII. 41. & **יְהוּדָתָא** I. Reg. XV. 20. **יוֹמָא** *dies*, **יוֹמִין** passim, & Constr. Fœm. **יוֹמֵיָא** Esr. IV. 15. **קֶרֶן** *vox*, **קֶרֶין** Exod. IX. 23. **קֶרֶן** Psal. XCIII. 4. *voces:* **רוּחֵיָא** *ventus, spiritus*, Pluraliter **רוּחֵיָא** Num. XVI. 22. & constructe **רוּחֵיָא** *venti calorum* Dan. VII. 2. & sequiore sexu **רוּחֵיָא** Jerem. XLIX. 36.

* Huc pertinent Participia quædam, quæ in Masculina Plurali forma cum ו, tum ו habent, vt I. Sam. XXIII. 21. **בְּרוּכִין** *benedicti vos*, Ebr. **בְּרִיכִים**: II. Paralip. VII. 3. **סֹגְרִין** *incuruati, adorantes*; quod in aliis Verbis rarum, in

quiescentibus vltima, vſitatiffimum eſt, vt מורין *confefſi* ibidem: עבדך רבן נחמא *viri rixantes* Exod. II. 13. עמך *ſerui tui percuffi & peccantes populus tuus*, V. 16, & otioſo & vicem vocalis ſupplente.

VI. Contractionem patiuntur, & quidem in Singulari, שנתא *annus*, emphatica forma, ex absoluta שנתא: קרתא *urbs* in Targum paſſim pro קרתא, vt Eſtræ IV. 15. ſcribitur: תנייתא *ſecunda* ex Maſc. תנין: in Plurali בתן, בתא, & conſtructe בתו *domus*, quæ ex Ebraiſmo nota ſunt. Contra בתא *filia* (nam hac quoque voce Chaldæi vtuntur, vt Onkelos Deut. XV. 12. quanquam vſtator eſt ברתא, conſtructe ברת) בת, inquam, *filia*, in Plurali euoluit ꝫ occultatum, Ebræo more, ita: בתן, בתא & in Regimine בנתא *filia*.

VII. SINGVLARIA tantum ſunt בר, emphatice ברא *filii*, ברתא *filia* (quorum Pluralis fit ex alia forma בנתן & בנתן &c.) פורם vel פוס *os oris*.

VIII. PLVRALIA tantum ſunt בנתן, בנתא & conſtr. בנתי *filii*, nam Singulare בן inuſitatum Chaldæis, quibus pro eo בר receptum: חייק, emphatice חייא Hieroſol. Gen. III. 24. conſtructe חיי, *vita*: מיתא emph. מיא, conſtr. מי *aqua*; & ex alia forma מרמין, מרמי Exod. VII. 19. אנפת, אנפא & אנפתן (nam Sing. אנפא aliud, *oram*, ſignificat) vultus, *facies*: נשין Genes. VI. 2. נשיתא Deut. XX. 14, נשין conſtr. Gen. IV. 23. *mulieres*.

* Quæ de anomalia poſteriorum Paraphraſtarum in formatione Nominum dicenda eſſent, v. g. de forma Fœminina, Plur. in תן, quaſi mixta ex Emphatica & Abſoluta, &c. infra in illorum Dialecto indicabimus: ſicut & de enallage Conſtructi pro Abſoluto ſtatu, in Syntaxi vberius dicemus.

Declinatio Nominum.

Flexio per Caſus heic æque, ac apud Ebræos & Syros, exſulat. Ipi vero Caſus ſignificantur ita:

NOMINATIVVS per ſe patet in ſingulis ſtatibus Nominum.

GENI-

GENITIVVS vel constructione exprimitur, hoc est Regimine, vt
 אֲנֹשׁ בֶר אִישׁ *filii hominis*, חֲזוֹן נְבִיאִים *visiones prophetarum*: vel
 per לְ Præfixum, aut separatam particulam לְ significatur, quo-
 rum illud in Targum; hæc in Daniele vſitatior est. e.g. רִחֵם
 דַּרְחָמִים *spiritus miserationum*, Targ. Hierosol. Gen. I. 2. בְּנֵי
 דְאִתְתָּא *filii mulieris* III. 15. בְּשֵׁם דְּיְיָ *in nomine Domini* II. Pa-
 ralip. III. 1. נֹר דְּשִׁבְיָא *flamme ignis* Dan. VII. 9.

DATIVVS per *Lamed* præfixum notatur, vt apud Ebræos. Exem-
 pla sunt obuia.

ACCUSATIVVS vel ex Verbo Actiuo, cui construitur; vel ex
 particula לְ, quæ Ebræorum אֶת respondet, innotescit. v. g.
 בָּרָא יְיָ אֶת שָׁמַיָא וְאֶת אַרְעָא *creavit Deus cælum & terram*,
 Gen. I. 1. אֶפְיַת אַרְעָא דְתַתָּא *produxit terra herbam*, comma-
 te 12. יֵת דְּיְיָ *quem*, IX. 24. Est vbi *Lamed* quoque Accusatiuum
 signat, Dan. IV. 22. שְׂרָרִין לְךָ *te eiicientes*.

VOCATIVVS similis est Nominatiuo.

ABLATIVVS semper ex Præpositionibus intelligitur, vt בְּאֻרִיתָא
in lege, עִם אֲבוּהוּ *cum patre suo*, מֵאַרְעָא *ex terra* (quanquam
 frequentior heic vsus est separata vocis (מִן) יְיָ קִדְמוֹתָא *coram*
Deo, &c.

CAPVT III DE PRAEFIXIS.

Chaldæi etiam quasdam particulas aut voces, vt ceteri orienta-
 les, per certas litteras, quas præfigunt aliis vocibus, significare
 solent. Ex his **COMMUNES** cum Ebræis habent

- כּ *In, ex, Per*, quæ eodem modo, vt apud Ebræos fit, præfigi-
 tur, vt בְּרִינָא *in iudicio*, בְּחַרְבָּא *per gladium*, בְּשֵׁמִי *in no-*
mine meo, בְּיַדְךָ *in manu tua*. Dicitur etiam בִּי separatim,
 sed raro. Ionath. Gen. III. 3. דְּבִי מְצִיעוֹת דְּגִנְוִיתָא *quæ in*
medio horti, & comm. 4. בִּי הִיא שְׁעָתָא *in hac ipsa hora*.

Buxtorffii Lexicon citat etiam Cant. I. 9. 13. 14. II. 15. sed tantum eiusdem Biblia, quam Anglorum polyglotta habent coniuncte **בְּהוֹיָא** & **בְּהוֹיָא**, quod codicum scripturam variantem arguit.

h Ad, In, eis, & Dativi nota, & non nunquam Accusatiui. e. c. **לְמַפְרָקֵינוּ** ad redimendum nos, **אָלוּ לְקַרְוֵיהוֹן** abierunt in urbes suas. De Casuum signo sub finem Capitis præcedentis actum est.

כ Sicut, Instar, Iuxta, vt apud Ebræos. e. g. **כְּרַבְרָבִין** sicut magnates, Ebr. **כְּאַלְהִים**, Onk. Gen. III. 5. **וַיִּתֵּן יְהוָה יָדָא וְיָדָא** & dedit [Salomo] argentum & aurum sicut lapides II. Paralip. I. 15. cum expletiuâ **הִי**, quæ sæpe huic Præfixo præmittitur: qua coalescente cum **כ**, fit **כִּי** Sicut, Velut, qua vocula posteriores paraphrastæ plerumque pro **כ**, similitudinis litterâ, separatim vtuntur, v. g. Palm. XI. 1. **כִּי צִפְרָא** sicut anis: Targum Hierosolymitanum Gen. XIX. 3. **כִּי אֵלֵינוּ וְהוּא אֵלֵינוּ** quasi edentes, & quasi bibentes.

ד A, De, Ex, Præ, per Chirek & Dagesch; aut Zere propter gutturalem, lege & consuetudine Ebræorum. vt **מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל** ex filiabus Israel: **מִפְּרִוֵי** de fructibus eius: **מִן מַחְמָרָא** præ vino. Sæpius integra particula **מִן** vsurpatur, vt **מִן שָׁמַיָא** de caelo: etiam alia seruilis littera interponitur, vt **מִדְּבֵית דָּן**, **מִדְּבֵית גָּד** ex domo Dan, ex domo Gad Gen. XLIX. 16. 18. quasi ex iis qui de domo. Cum Verbis interuentum litteræ Lamed plerumque postulat, vt **סֵפֵי חוֹבֵי מִלְּמַשְׁבֵּק** grande peccatum meum est præ condonando, Onkel. Gen. IV. 13.

ו Copulationis, Et. Neque heic ab Ebraismo disceditur, sed eadem leges gutturalium labaliumque, vt & **דָּשׁ** Scheva seruantur. Exempla nota sunt: **וְרוּחָא** & spiritus, **וַיִּחַן** & vidit, **וַיִּפְרַק** & dirupit, **וַיִּקְרָא** & vocauit, **וַיִּחַן** & erunt, quas minutias Syri negligunt. In vna lege recedunt ab Ebræis Chaldæi, quod Kamez non subdunt ו Copulatiuo. De Co-

Copulatio autem solo agimus. nam ¹ Conuersiuum Temporum ignorant profus Chaldæi.

- 71 Interrogationis *An? Num?* Heic quoque ingens consensus vtriusque linguæ. Num. XI. 23. **הַמַּיְמָרָא דִּי יְהוֹשֻׁעַ** *num Verbum Domini impeditur?* Ebr. **הַיָּד** *num manus &c.* Etiam cum Patach ante gutturalem aut Scheva, vt Exod. II. 7. **הָאֵיִל** *num ibo?* **אֲנִי הָאֵלִים** *num celans ego* Gen. XVIII. 17.

Hætenus de Præfixis Ebrææ Chaldææque linguæ communibus. Ad-
dunt Chaldæi

- 7 nouum Præfixum, itidem per *Scheva* (nisi Iex obftet Gutturalium, aut *טב* Schevajan concursus) præmittendum. Varii officii est. *Genitium* describit, vt supra notauimus, in Targum præsertim. Deinde est Pronomen *Qui, Que*, vtriusque Generis & Numeri. Sed hæc obuia. Tandem Coniunctiones *Vt, Quod* significat, e.g. **הוּא הוּא תְּבִירוּת** *quod cognoscere, quod etiam hoc sit fractio spiritus*, siue molestum, Eccles. I. 17. **לֵךְ בְּקִדּוֹתַי דְּיִשְׁבֵּל לֵךְ** *custodies præcepta eius, vt bene sit tibi* Deut. IV. 40. Sed in notione Coniunctionis sapius alia Particula præcedit, **בְּדִיל** aut **בְּגִלְל**, aut **בְּגִן** &c. e.g. **בְּגִן בְּרִיל דִּיפִקֵּר נִת בְּנוֹתֵי** *manifestum coram me, quod præcepturus sit filiis suis* Genes. XVIII. 19. **וְיִתְּ אֲבֹתְךָ וְיִתְּ אֲמִנָּה בְּדִיל דִּיזְרַכְּנָךְ וְיִתְּ** *honora patrem tuam & matrem tuam, vt prolongent dies tuos* Exod. XX. 12. **בְּגִן דְּתִתְּבֹן** *vt habitetis* Gen. XLVI. vlt. in Ionathane.

* Pro **וְ** sæpissime est integra Particula **וְ**, quæ in Targum Pronomen *Qui, Que*, vt plurimum; in Daniele & Esra etiam Genitui notam; item Coniunctiones *Vt, Quod*, frequenti vsu constituit. In vno commate Esrae IV. 15. triplex vsus stabilitur, **וְ דִי יִבְקֵר** *vt inquirat*, **וְ דִי אֲבָתָא** *monumenta patrum, annales, &c.* **וְ דִי תִנְרַע** *cognosces, quod &c.*

Hæc sunt Chaldaeorum Præfixæ litteræ: reliquas Ebræorum, ut sunt **ו**, **ה** Emphaticum in Nominibus & Participiis; uti & **ו** Conuersiuum tam Futuri, quam Præteriti, ignorant.

Pro **ו**, Rabbinis quam puris Ebræis, vſitatiore ſigno, habent **ו**, vel **וּ** ſeparatim:

Pro **ה** Emphatico Nominum & Participiorum, Statum Emphaticum amant, cuius vſus adhuc patentior eſt in Chaldaica lingua, quam **ה** **הַ** **הַ** **הַ** in Ebraica. Nam quod diligentiffimus Buxtorffius obſeruauit Gramm. Chald. p. 30. omnia, quæ Ebraice **ה** Haiediah habent, Chaldaice etiam cum **ה** emphatico ſunt: ſed non contra omnis forma emphatica Chaldaica, Ebraice cum **ה** Haiediah efferri debet, v. g. Gen. I. 3. **וַיְהִי אֹר** ſit lux, ratione ſenſus non poteſt habere He emphaticum: at Onkelos & Jonathan, **וַיְהִי נְהוֹרָא** verterunt cum **ה** notificationis.

* Prædiximus, reſpuere Chaldaeos He Emphaticum in Nominibus & Participiis: nam in Pronominibus res aliter habet, & illud **ה** paſſim præfigi videmus ante **הוּא**, **הוּא**, **הוּא**, **הוּא**, **הוּא**, quando adiectiue ſumta Subſtantiuus ſubiunguntur, & quidem **הוּא** & **הוּא** per Patach **ה** adſumunt, reliqua per Kamez, e. g. **בְּיוֹמָא הַהוּא** in die illo Gen. XVI. 18. **בְּהַהוּא שַׁעֲתָא** in illa ipſa hora Cant. II. 15. **בְּרָא הַרְן** in generatione hac Gen. VII. 1. **עֲרֵעָא הַרָא** terra hac XV. 7. 18. **בְּיוֹמָא הַהוּא** in diebus illis Gen. VI. 4. **עַמְמָא הַהַלְן** populi illi Deut. XX. 16.

In tam raro vſu **ה** Emphatici & ſolis Pronominibus accommodato, illud, quamuis præcedat **ב** aut **ב**, ſeruetur integrum, non abſorbetur, ut fieri apud Ebræos ſolet. Præter exemplum, modo ex Cant. II. 15. productum, aliud ex cap. I. 8. eiſdem Cantici ad. 10: **וּבַהַהוּא זְכוּתָא** & per illud meritum ſiue iuſtitiam, **ה** poſt **ב** manente inuiolato.

ו Conuerſionis Ebræorum ſemper natiuo & proprio Tempore Chaldaei expriment, v. g. **וַיֹּאמֶר** per **וַיֹּאמֶר** & dixit: **וַיִּבְרָא** per **וַיִּבְרָא** & creauit: **וַיִּבְרָא** cum **ו** conuerſiuo Præteriti, Deut. VI. 5 Onkelos vertit **וַיִּבְרָא** & diliges.

CAPVT IV
DE LITTERIS SVFFIXIS
ET PRONOMINIBVS.

Svffixæ litteræ, exceptis paragogicis, vim Pronominum habent, & quidem Nominibus subiunctæ, Possessiuorum; Verbis, Personalium. Ad hæc sexus in Pronominibus Suffixis distinguitur non, respectu Nominum aut Verborum, quibus adduntur, sed ratione, personarum aut rerum, ad quas diriguntur. Id quod ex Ebræorum Grammatica repetendum erat.

Suffixa Singularis Numeri.

I. Personæ MEVS, ME.

NOMINALE Sing. ךְ vt רבוני dominus meus.

Plur. ךְ vt פקודי precepta mea, אורתי leges mea.

* Duplicatur interdum ךְ Plurale. e.g. in Targum Ionathanis Gen. II. 23. כַּפְּרֵי מַיִם de ossibus meis, יָדַי manus meæ III. 8.

VERBALE Præteritorum ךְ vt שִׁבַּקְתָּנִי deseruisti me.

Ceterorum Temporum varie ךְ, ךְ, ךְ vt שְׁלַחְנִי dimitte me Gen. XXXII. 26. שִׁיבְנִי eripe me ibid. v. 11. פָּרוּקְנִי libera me Psal. XXII. 22. דַּבְּרָנִי duc me XXV. 5. in Bas. & Angl. sed ךְ ךְ in Venet.

Futuris ךְ interuentu ךְ epentheticum suffigitur, vt יִשְׁרַנְנִי custodient me Psal. XXV. 21.

* Sæpius Suffixum Ebr. ךְ cum Imperatiuis, Chaldaice per ךְ me separatim redditur. vid. Psal. XVI. 1, XXVI. 1. 2. &c.

II. Personæ TVVS, TE.

MASCVLINVM ךְ cum vtriusque Numeri Nominibus & Verbis, vt עֲבָדְךָ seruus tuus, & Plur. עֲבָדֶיךָ serui tui Gen. XLII. 11. 13. אֲחָיְךָ fratres tui XXXVII. 13, & ita in Targum plerumque ex sensu Numeri

us discernendus est: in Daniele autem & Esra * otiosum Plurali הָ interponitur, aut relictum est ex Plurali terminatione, vt עֲבָרֶיךָ Esra IV. 11. Cum verbis: יָרַבְתָּךְ dedi te Genes. XVII. 5. &c.

FOEMININVM הָ, יָהּ, יָהּ, cum Nominibus Singularibus & Verbis, vt לְמִנְיָהּ אָחִי לְמִנְיָהּ Rex tuus veniens in medium tuum Zach. IX. 9. בְּעֵרֶיךָ maritus tuus Gen. III. 16.

יָהּ & יָהּ cum Nominibus Pluralibus, vt Genes. III. 16. Ionath. סִיגִיפָדָה & Onk. צָעֲרֹתַי dolores tui: בְּנִיבֵי filii tui Psal. CXLVII. 13.

III. Personæ ILLIVS, SVVS, EVM.

MASCVLINVM הָ, vel in Targum יָהּ, cum Nominibus Sing. & Verbis, vt רִשְׁיָהּ caput eius, סָתְרָה destruxit illum Esr. V. 12.

* הָ quare infra in Verborum Quiescentium suffixione, quorum fere proprium est.

וְהָ (Hierosolymitane וְהָ) cum Nominibus Pluralibus, item cum Sing. אָב, אָח, אָם, pro יָהּ: & Verbis in הָ vel יָ desinentibus, cum quibus הָ suum amittit. e.g. אֶפְוֵהי vultus eius, אֶחָוֵי fratres eius, אֶחָוֵי frater eius, אֶקְרִבוּהֵי attulerunt eum Dan. VII. 5. Raro cum aliis Verbis, vt בְּעֵוֵהֵי diuide illum Exod. XIV. 16. in Angl. & Bas. quamuis aliter sit in Buxt. Gramm. Ch. p. 303.

FOEMININVM הָ, cum Nominibus Singularibus & Verbis, vt בֹּמֵהּ os eius [terræ] Gen. IV. 11. עֲנִיָּהּ afflixit [Sara] eam XVI. 6. אֶתְנַנֶּה dabo eam [הָ epenth.] XVIII. 14. In Daniele est etiam הָ per Patach, vt פָּמָה c. VII. 5. יִתְנַנֶּה IV. 14.

וְהָ, cum Nominibus Pluralibus, vt בְּנֵיהָ filii eius Gen. III. 15. in Ionath. יִתְבַּחֵהּ habitatores eius [terræ] Onk. Num. XIII. 23. Item cum Sing. אָב, אָח, אָם, pro יָהּ, vt אֶבֹּהֵהּ pater eius F. Gen. XI. 29. Raro cum Verbis, vt קָרָהּ legis illum Ierem. XXXVI. 21.

Suffixa

Suffixa Pluralia.

I Personæ NOSTER, NOS.

COMMUNE נָּ (raro נְ) tam cum Verbis, quam cum Nominibus, e. c. אֶרְכֶּנָּ *argentum nostrum*, אֶדְאַסְנָּ *eduxit nos*: אֶרְפָּקְנָּ *redimet nos* (cum נ epenth.) Esa. XXIII. 22. אֶבֹּנָּ *pater noster* 1. Paral. XXIX. 10. vulgo אֶבֹּנָּ idem.

II Personæ VESTER, VOS.

MASCULIN. כֹּן suffigitur Ebraeo more Nominibus Constructis, vt כְּנִישְׁתִּכֹּן *congregatio vestra* Esa. I. 12. וּבְנֵיכֹן *fili vestri* & *filia vestra* Ios. II. 28.

* Cum Verbis plerumque est separatim וְתִכֹּן *vos*.

FOEMININ. כְּ siue כִּן, eodem modo quo כֹּן affigitur.

III Personæ, ILLORVM, SVVS, EOS.

MASCULIN. הֶן, Nominibus constructis additur, vt כֹּן, v. g. צְרָקְתֵהֶן *instituta eorum* Prov. XI. 6. חַוֵּיבֵיהֶן *peccata illorum* Esa. I. 7. Etiam Infinitivus, vt בְּמַהֲוֵיהֶן *in esse illos* [cum essent] Gen. IV. 8.

הֶן Verborum, & omnium quidem Temporum. e. c. אֶרְכֶּבְנֶן *equitare fecit eos* Exod. IV. 20. תַּעֲבֹדְנֶן *facies illa* comm. 21. אֶפְקֹנֶן *educ eos* Gen. XIX. 5.

FOEMININ. הֵן cum Nominibus, vt עֲגֵהֵן *grex earum* Exod. II. 17. plane vt הֵן Masc.

נָּ vel נָּ, vt מִרְדֵּנֵן *depulerunt eas* Exod. II. 17. Onkelos: פִּרְקֵנֵן *liberavit eas*, ibidem Ionathan.

Litteræ Paragogicæ.

Paragoge in Orientalibus linguis Suffixorum æmula est. Chaldaïs sunt

א cum Verbis ferè imperfe&is, vt לְמִבְנֵא *edificare* Esr. V. 9. אֶתְבְּרֵא *creatus est*, Ionath. Gen. II. 15.

- ı cum Affixo ך, vide pag. 16. & ad I. Sing. Præteriti. vid. p. 19.
 j omnium vſitatiffima paragoge, Verbis in ך & ך finitis ad hæ-
 rere folita, vt אָנְתָּן irritarunt Targ. Hierof. Deut. XXXII. 16.
 הָיוּ fuerunt I. Paral. XI. 22. XVIII. 17. הָיוּ viderunt XIX, 6,
 הָיוּ ibis Fœm. Ruth. II. 8. הָיוּ facies F.

*HE LOCALE Chaldai non habent, quod tanquam pa-
 ragogen ſubiiciant; ſed eius loco vtuntur vel LAMED
 proſthetico. v. g. Geneſeos XI. 31. Ebræum אֲרָצָא On-
 kelos vertit אֲרָצָא in terram: vel per aliam Particulam
 deſcribunt, vt cap. XXVIII. 12. הַשְּׂמַיִם, idem para-
 phraſta reddidit עַד צֵית שְׁמַיָא uſque ad cælum.

Modus Suffigendi.

Certis legibus & conditionibus opus eſt, quibus tam Nominibus,
 quam Verbis & Particulis Pronomina Inſeparabilia ſuffigantur,
 nempe

I. Nominibus ſuffigitur plerumque in Statu Emphatico, ab-
 iecto ך, etiam ſecundum Targumiſtas Pluralis Maſculini ך præce-
 dente, quod in Daniele & Eſra ante Suffixum ך manet. e. g. שְׁמִיָּה
 nomen eius, אִתְּךָ uxor tua, מֵוֹדֵי aquas ſuas Num. XX. 8. בְּסָרְנָא
 caro noſtra Gen. XXXVII. 27. בְּנֵי filii tui VI. 18. עֲרִיבֵי hoſtes tui Dan.
 IV. 16. Et ſic facillima & expedita ſuffixio eſt, quia punctis vocali-
 bus priorum ſyllabarum Status Emphaticus & Status Affixionis ſem-
 per conueniunt: ab hoc autem Status Abſolutus ſæpe nimium
 differt.

* Suffixa Grauia כֹּן, כִּן, הֹן, הָן commodius propter ean-
 dem rationem adduntur Statui Conſtructo, vt apud Ebræos.
 Vide pag. præced.

II. In ך & ך finitis ſimpliciter, ſine præuia vocali, quæ aliâs ſuf-
 fixo propria eſt, ſuffigitur. e. g. קָרִיבוּן obtulerunt eos Num. XI.
 28. מְרוּתֵן percufferunt eos Iof. IX. 18. in quibus etiam Dageſch ex-
 cidit, quod a breui Vocali pendeat: מְרוּתֵן percuffit eum (alte-
 ro ך Suffixi, quod propter quietem mera vocalis eſt, excluſo) II. Reg.

XII. 22. **אִינְקִוּרִי** *lacta cum* Exod. II. 9. **דָּבַרְתִּיךָ** *duxi te* Num. XXIII. 11. suffixo ך̄ propter paragogen ך̄, ex Ebraismi imitatione ad I Personam Præteriti adsumptam, Vocalem suam amittente.

* De suffixione ad *Iod* Verborum Quiescentium tertiâ, quæ plerumque peculiaris est & ab hac regula recedit, post paullo num. IX dicturi sumus.

III. Tribus Nominibus **אב** *pater*, **אח** *frater*, **הם** *socer*, in SINGULARI Numero suffigitur infitione ך̄ epenthetici, quod in Schurek quiescit: e. c. **אֲבוֹנֵנוּ** *pater noster* Gen. XXXI. 14. **אֲבוֹתֵיהֶם** *pater eorum* IX. 23. **אָחוּךָ** *frater tuus* IV. 9. **אָחוּתָיו** *frater eius* ibidem v. 8. **הַמִּזְוֵה** *socer eius* Exod. IV. 18. Sola prima persona Singularis MEVS excipitur, quæ cum **אח** & **הם** ordinarium ך̄ admittit, vt Gen. IV. 9. **הַנֹּסֵר אָחֵי אֲנִי** *num custos fratris mei ego?* **אב** autem, *pater* pro affixo MEVS Statum emphaticum **אָבִי** postulat, e. gr. Gen. XX. 12. **אֲחֵתִי בֵּת אָבִי הִיא** *soror mea, filia patris est*, Ebr. **אָבִי** *pateris mei*. Atque ita in Targum semper loco Ebraei **אָבִי** *pater meus* inuenitur **אָבִי**, etiam in nuper editis libris Paralipomenon, vide lib. II. cap. VI. 7. vbi ter recurrit. Voluerunt quippe Chaldæi excellenti nominis forma & **אָבִי** *ἐξοχλῶ* significare, quem quisque appellare debeat patrem suum. Adde sis, quæ in Samaritanis Horis p. 81. scripsimus.

IV. Duale **אֲרֵי**, *construete* **אֲרֵי**, *duo, ambo*, Fcem. **אֲרֵיהֶם**, cum Suffixis ך̄ mobile epenthetice adsumit, ך̄ abiecto. vt **אֲרֵיהֶם** *ambo illi* Gen. II. 25. **אֲרֵיהֶם** *ambo vos* XXVII. 45. **אֲרֵיהֶם** *ambo nos* XXXI. 37. & ך̄ seruato **אֲרֵיהֶם** *duo illa* Ruth. I. 19.

V. Tertia Persona Præteriti Peal, vtriusque Numeri, cum Suffixa recipit, puncta sua ordinaria (Scheva & Patach) transponit: adsumit vero eadem puncta I Singularis, & III Fcemina eiusdem Numeri cum Suffixis e. g. **אֲסַרְךָ** *tradidit te* I. Sam. XXI V. 11. **אֲסַרְהָ** *accepit eam* Gen. VIII. 9. **אֲסַרְהָ** *reputauit illud* XV. 6. **אֲסַרְהָ** *persecutus est eum* Iud. IX. 40. in Angl. & Bas. (alii perperam legunt **אֲסַרְהָ** quod significat pluraliter *persecuti sunt*) **אֲסַרְהָ** *destruxit eum* Esræ V. 12. Quod si Chirek in vltima Verbi, vel Zere fuit, manere simplex forma potest, vt **אֲסַרְךָ** *dilexit te* Deut. XV. 16, quanquam in quibusdam libris etiam **אֲסַרְךָ** est.

Pluralis exempla sunt: מַרְרוּנָהּ *depulerunt eos* Num. XIV. 45. vt hoc verbum Cl. Buxtorf. Gram. Ch. p. 292 melius exscripsit, quam iu Bibliis eiusdem, etiam in Anglis, expressum est מַרְרִינָהּ, quod Sing. Numeri est, *depulit eos*. Ionathanis versio, vt ab Anglis exhibetur, nos confirmat, & turbatis quidem punctis, vt solet in illo codice, וְ, tamen, Plurali nota, præsentē מַרְרוּנָהּ plane perscriptum tradit. Sed quid de dubia lectione certamus, cum certiora exempla non desint? Exod. II. 17. מַרְרוּנָהּ *depulerunt eas*: Deut. XXX. 7. רַבּוּנָהּ *persecuti sunt te*.

At III Fœm. Sing. & I Singularis ita Suffixa admittunt: אֶתְהָא קַמְרַתְהָ *mulier occidit illum* Iud. IX. 54. יָתְבַתְיָהּ *dedit eum* Lev. XVII. 11. יָתְבַתְיָהּ *tradidi illos* Num. XVIII. 8.

VI. Inter Verbum & Suffixum sæpe ך epentheticum ponitur, præcipue in Futuris, quibus hæc lex videtur perpetua. e. c. כִּי רִישָׁבְחָנִי יִקְטְלֵנִי *omnis qui inuenerit me, occidet me* Gen. IV. 14. וְנִחְמָנֵנוּ *consolabitur nos* V. 29. אֶסְבְּעֶיהָ *saturabo eum* Psalm. XCI. 16. יַעֲרַעְנָהּ *accidet nobis* Exod. V. 3. אֶלְפִינֶךָ *docebo te* IV. 12. אֶלְפִינִי *doce me* Psalm. XXV. 5. בֵּרַכְנֶךָ *benedixit tibi* XLV. 3.

* Suffixum III Personæ Pluralis נָהּ, quia per se includit epenthesein (compositum enim ex הוּן & ך videtur:) nouam epenthesein litteræ ך non desiderat. e. g. עֲבַדְתֶּנּוּ *feci illos* Genet. VI. 7. תִּתְּבַרְנֵם *confringes eos* Psalm. II. 9.

VII. הָהּ, Verborum seruilis syllaba, abiicit ך ante Suffixa, maxime in Præterito, & tum, quia in ך desinit, quod remanet; Suffixa accipit simpliciter. v. g. שְׁלַחְתָּנִי *dimissisti me* Genet. XXVI. 27. אֶסְקִינֵנוּ *adscendere fecistis nos* Num. XX. 5. De Futuro incertum est, sitne ך ante Suffixa ex terminatione seruili reliquum, an per epenthesein, Futurorum quasi perpetuam, adsumtum. v. g. יִתְּרַפְּוּנִי *persequemini me* Iob. XIX. 22. יִטְּלוּנֶךָ *portabunt te* Psalm. XCI. 12. יִקְטְלוּנֵם *possidebunt eos* Esa. XIV. 2. & cum reduplicatione יִקְטְלוּנֵם *occident illos* Amos IX. 3. & Zach. IX. 15. in Basil. & Angl.

* Quod num. V. de מַרְרוּנָהּ diximus, suspectam lectionem esse; idem in mentem venit de voce יִרְבְּרְנָהּ Esa. XIV. 2. vbi quæ præcedunt & sequuntur verba, Pluralem sensum postulant.

tollent eos, ducent eos, vnde Cl. Buxtorf in Grammat. pag. 308. יִדְבְּרוּנוּ scripsit, licet ipse pariter, ac Angli, in Bibliis exhibeat יִדְבְּרֵנוּ quod per se Singulare est. Componi lis videtur posse ex Amos IX. 2. vbi idem verbum cum Kibbuz tam in Bas. quam Angl. יִדְבְּרֵנוּ *tollent eos*, perscribitur.

VIII. Infinitiu in נָּ hoc est Pael & Aphel, terminationem נָּ in וּת mutant ante Suffixa. e. c. וְלִשְׁעֵבֹתָהוּן וְלִאֲסֻקֹתָהוּן *ad liberandum eos & ascendere faciendum eos* Exod. III. 8. בְּאֶפְקֹתַי *in educere te*, hoc est, cum eduxeris, ibid. v. 12. לְקַדְּשֹׁתַי *sanctificare me* Num. XX. 12. לְבָרְכֹתֶיהָ *benedicere ei*, קָרְבָּא *cum bellum gereret* I. Paral. X. 13. adde Esra V. 10. Dan. III. 16. 17. Est etiam Kibbuz euphonicum pro Schurek, vt לְשַׁלְּחָתָהוּן *dimittere illos* Exod. XII 33.

* An etiam in Infinitiuo Peal terminatio וּת ante Suffixa vsitata sit, recte dubitat Lud. die Dieu Gramm. Harm. p. 377. & exemplum Buxtorfii [Gram. Ch. p. 299] ex Iud. XIV. 15. מִסְּכֵנוֹתַנָּה *vertit paupertatem nostram nominaliter*. Quod si omnino Infinitiuus est, non a Peal סִכַּן *tentare*, sed ex Pael quadratae formæ מִסְּכַן *pauperem reddere*, deduci debet, sicuti ipse Buxtorfius in Bibliis, etiam Angli, מִסְּכֵנוֹתַנָּה cum patach sub וּ scripserunt, quod formam Pael arguit, cum Chirek in Peal sub וּ formatiuo sit. At si Pael est, כּ per Kamez, non Scheva, signandum erat.

IX. Verba Quiescentia *Lamed Aleph*, hoc est quæ vltimam נָּ [aut וּ] ex Danielis dialecto] habent, propriam amant Suffixionis rationem. Nam

- i. Radix, siue III Persona Sing. Masc. Præteriti Peal, נָּ [aut וּ] abiicit ante Suffixum, puncta autem sua retinet, saltim non transponit, vt cetera Verba. e. g. בְּנִיָּהוּ *adificauit eum* Esr. V. 11. מִחֵוִי *percussit eum* Num. XXI. 24. מִחֵוִי *percusserunt eum* II. Reg. XII. 21. (nam וּי, siue peculiare Suffixum est, siue truncatum ex וּי, quiescentium Verborum fere proprium est, maxime in Præterito & Imperatiuo Peal.) וַיִּבֶן *vidit me* II. Sam. I. 7. בְּרָה *creauit eam* [terram] Esa. XLV. 18. וַיִּבֶן *vidit*

dit eos II. Reg. II. 24. מִחֲנֹק percussit eos Iud. IX. 43. pro quo Buxtorf. Gramm. pag. 286 ex priore forma mauult מִחֲנֹק, cum ך dageschato, vt semper in hoc Suffixo est.

* Raro N manet, vt חִוּנָה vidit eam Genes. XXXVIII. 15. & prorsus irregulare est מִחֲוֹהֵי percussit eum Esa. XXVII. 7. in Bas. & Angl. pro מִחֲתֵי, vt modo habuimus. Aliis Verbis, vltima non quiescentibus, הֵי raro adhæret, vt סִבְחֵי cape eum I. Sam. XX. 21. אֲתֵיבֹרֵי reduc eum I. Reg. XXII. 26. סִבְרֵי sustentata eum Num. XI. 12. Plura addit in Imperatiuo Buxtorfius (nam huius fere Modi sunt) sed dubiæ lectionis, cum ipse & Angli Exod. XIX. 23. קִדְּשֵׁהָ habeant, non קִדְּשֵׁהָי, sanctifica eum: & II. Sam. XI. 25. הֵי Ebraicum pro הֵי in־תִּקְבְּרֵהָ confirma eum.

2. Iod terminale IMPERATIVORVM Masc. plerumque Suffixa simpliciter admittit, vt מִחֲחֵי dele me Exod. XXXII. 32. רְמִיתֵי proiice illum cap. IV. 3. אֲחֻוּנָה videre nos fac, Aphel, Iud. I. 24. aut separatim describitur, vt אֲחֻמֵי יִתְנָה videre nos fac Psalm. LXXXV. 8.
3. FUTVRORVM personæ in Iod desinentes ך epentheticum interponunt, Iod plerumque absorpto, vel manente tanquam sustentaculo, in quo Chirek חֵי ἐπευθεσεως quiescat. v. g. יִחְוּנֵי ostendet mihi Dan. V. 7. תִּמְסַמְנֵן numerabis eos Num. III. 15. (nam נֵן ׀ equiparari epentheticis, supra diximus p. 20.) יִפְצַנֵּךְ liberabit te Psalm. XCI. 3. אֲחֻמֵי־הָ videre eum faciam ibid. v. 16.
4. Iod INFINITIVI Peal manere potest & tolli, e. c. כְּמַצְבֵּיהָ secundum velle suum Dan. V. 32. בְּיוֹם מִקְרֵנָה in die clamare nos (cum clamamus) Psal. XX. 10. מִיִּתְךָ venire te Gen. XIX. 22. מִבְּעֵנֵי querere me I. Sam. XXVII. 1.
5. Iod Præteritorum Pael & Aphel cum Suffixis mouetur, vt שֹׁנֵךְ posuit te Exod. II. 14. נִסִּיָּהָ tentauit eum XV. 25.
6. Infinitiuus Pael & Aphel æque, quam regularium Verborum, ׀ amat ante Suffixa, e. g. בְּנִי יִוְתֵי in immittendo me, cum immi-

immifero Ezech. V. 16. לְרַבְיּוֹתֶיךָ ad inaugurandum te I. Sam. XV. 1. אֲנִלְרִיתֶךָ deportare te Thren. IV. 22.

 תלמיד *discipulus*
 תמחה *miracula*
 תנא *tradere, docere, discere*
 תנן *secundus*
 תנן *fumus*
 תנן *ponderavit*

תקון *direxit, rectus*
 תקף *valuit, validus*
 תוקפא *robur.*
 תרב *adeps*
 תרון, תרין *duo, due*
 תרע *rupit, fregit.*
 תרע, תרעא *ianna, porta*
 תרץ *direxit, rectus.*

Hæc præcipua sunt vocabula & vsu magis trita, quæ Chaldaeanam linguam ab Ebræa distinguunt: quibus memoriæ impressis, additisque Particulis & Pronominibus cap. IV & VIII explicatis, non est, quod multam in Chaldaismo offensionem metuamus. Cetera enim ipse vsus Ebrææ linguæ suggeret, aut si rariora sunt, Lexicon explanabit. Superfunt NVMERALIA, quorum eadem apud Chaldaeos & Ebræos synaxis est, vt a ternario ad denarium sexus mutetur, & virilis terminatio fœminei generis fit; muliebris autem masculini. e. g.

חד <i>vnus,</i>	Fœm. חרא	שתא <i>sex</i>	F. שרת
תרון <i>duo (constr. תרין) F.</i>	תרתין	שבעא <i>septem</i>	שבע
תרתא <i>tres</i>	ת—	תמניא <i>octo</i>	ני—
ארבעא <i>quatuor</i>	ע—	תשעא <i>nouem</i>	תשע
תמשא <i>quinque</i>	תמש	עסרא <i>decem</i>	עסר

Compositi a 10 ad 20 eandem Generis legem in priorè parte sequuntur: denarium autem pro masculinis עסר; pro sequioribus עסרי subiiciunt: nec raro contractionem patiuntur, vt, תריסר *duodecim*, חמיסר *quindecim* &c. A 20 ad 100 Communia sunt, vt עסרין *viginti*, שסין *sexaginta* &c. ORDINALIA in י_ vel א_ finiunt, vt קדמי *primus*, רביעאי *quartus*, Fœm. in א_ א_ ex regula pag. 5. proposita.

CHALDAISMI VSVS

I

Theologicus

Ex Danielis IV. 24.

Verba Danielis authentica:

חַטָּוֹתַי בְּצַדְקָה בְּרַק וְעִוְוֹתַי בְּמִסּוּן עֵינָי:

Versio Vulgata:

*Peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas
misericordis pauperum.*

Pontificii pro Merito Operum, saltem ex congruo, hunc locum allegant, vid. Bellarm, II. Pœnit. cap. XII. & lib. IV. cap. VIII; reclamant nostrates omnes, & telum hosti extorquent, ipsi tamen in diuersa agmina diuisi. Quidam controuersæ voci בְּרַק *liberandi & redimendi* sensum relinquunt, verum ad pœnas non quasvis, sed temporales tantum accommodant, quas beneficentia anteverti ex Psalm. XLI. 2. 3. 4. eliciunt. Alii *redemptionis* significatum, ex hoc Dicto proscribunt, & de mera *abruptione* interpretantur. Sunt, qui distinguunt בְּרַק a פְּרָה & גָּאֵל, e quibus posteriora ipsi *liberare a peccatorum pœnis*; prius solum *e periculis & aduersitatibus eripere* significat.

II. Accuratius in verborum vim inquirendum est, quod Ebraicæ Linguae ope heic minime perficitur propter Chaldaum Danielis stilum, qui, licet sæpe conspiret cum Ebræo, tantum tamen discrepantiæ habet, vt, quod Hieronymus præfat. in Dan. (quæ est Epistola 120) de se confessus est, *qui sibi visus sit sciolus inter Ebræos, cæperit rursus esse discipulus Chaldaicus*. Ex Syria ergo & Chaldaea heic subsidium Sacris literis vocandum erit.

III. Radix בְּרַק pure Ebræis, dictante Kimchio in Rad. habet כִּינֵן הַסֵּכֶר וְהַסֵּרֶסֶה לְנֵר מִדְּבַר significationem *abrumpendi rem ab re*. Ex multis pauca exempla damus: in Kal Gen. XXVII. 40. וּבְרַקֶּתִי & *abrumpe ingum eius de collo tuo*; in Piel Exod. XXXII. 2. בְּרַקֵּי *abrumpe inhautes,*

inaures, &c. Quod insuper Pf. CXXXVI. 24. & Thren. V. 8. *saluare* & *liberare* notat, id pure Ebraum non est, & recte Kimchi c. I. & Salomo Ben Melech ad illum Psalmi locum, adscripserunt, *חלדאיש* *Chaldaisum* sapere.

IV. Nam Chaldæis & Syris frequenter hæc Radix *salutis* & *liberationis* significatum tenet, & ipse Imperatius Peal, apud Danielem controuersus, in Targum Pf. XX. 10. pro *הושיע* *salua*, & Psal. XXV. 22. pro *פָּרַדְתִּי* *redime*; & in Syra dialecto *פָּרַדְתִּי* Matth. XIV. 30. pro *σῶσον*, & Luc. XI. 4. pro *ῥῥῶσαι* vsurpatur. Adde, si placet, Syrum Act. VII. 10. 34. Coloss. I. 13. Tit. II. 14. & Chaldæum Psalm. XXIIIX. 9. XXXIV. 7. II. Sam. IV. 9. &c. Hanc significationem in nostro Danielis loco exosculantur Pontificii, &, qui his in causa de *Operum Merito* pollicem premunt, recutiti Iudæi. Nam Danielis *פָּרַק* AbenEsra per *לָבַד* *redime*; Saadias Gaon per *תַּפְדֵּה*, Futurum eiusdem notionis Verbum, reddiderunt. Neque tamen herbam porrigimus Papicolis, aut Pharisaica iustitia turgentibus Iudæis, nec ipsis sequelam largimur: sapius *redimere* notat, ergo etiam in Daniele.

V. Etenim alius quoque, præter *liberandi* significatum, Aramæis suppetit. Syris Neutraliter *abesse*, *distare*, *desistere* notat, Luc. V. 8. Act. I. 4. II. Tim. II. 19. & sic semper cum *אַ* *Ex*, confuitur: Chaldæis Actiue insuper significat *abrumpere*, *amouere*, *disiicere*. Vt nihil de Coniugatione Pael, quam Ben Vziel I. Reg. XIX. 11. & Onkelos Exod. XXXII. 2. 24. Num. I. 51. IV. 5. adhibuerunt, edisseramus, quanquam Num. I. & IV. percommode puncta Coniugationis Kal substerni possint; etiam in Peal, qua Coniugatione Daniel vsus est, significatus idem valet. In Targum Hierosolymitano Exod. XIV. 25. e. g. *וַפְּרַק נֶת גַּלְגָּלֵי רֶתְמוֹתֵיהֶן* *Vphrak*, & *abrumpit*, und stieß ab die Räder von ihren Wagen. In eodem Targum Gen. XXVII. 40. *הָא עַכְשָׁנָה בְּכֵן תַּחֲוֵי פָּרִיק נִיר שְׁעֵבְדֵיהֶן מֵעַלְוֵי צַוְרָה* *ecce tunc eris abrumpens iugum seruitutis eorum a collo tuo*. Pariter alterum Targum, quod Ionathanis dicitur, h. l. *נִיר פָּרִיק נִיר* *eris abrumpens iugum*. Indubitate hoc exemplum, quæcunque puncta subiiciuntur, in illa Coniugatione est, qua vsus fuit Daniel. Quod

præterea etiam notat pecunia aliquid acquirere פִּירוֹן מִפִּירוֹן Levit. XXVII. 19. 31. in Onkel. & Hierosolymitano, id ab hoc loco alienum est, propter materiæ disparitatem, quæ ibidem ager & decimæ sunt, heic peccata & actiones præteritæ. Priores solæ significationes ad scopum nostrum faciunt, (neque enim ipsi aduersarii ad hanc tertiam attendunt) quarum quæ in Daniele obtineat, ex contextu nunc eruendum erit.

VI. In Daniele cum Accusatio חַטֹּיִת peccata tua vel peccatum tuum, construitur. Excussi, quotquot inuenire potui, Targumica loca, saluationis significatui apta; sed nusquam Accusatio rem aut terminum a quo, semper personam notatam deprehendi: Rem ipsam vero & malum, a quo liberamur, Auferendi casus cum Præpositione declarauit vbique. Ex multis pauca sufficiant: Pl. XXV. vlt. עֲקָרוּ יְיָ בְּיַד יִשְׂרָאֵל מִכָּל עֲקָרוּי libera, Domine, Israël ex omnibus angustiis eius: Psal. CXXX. vlt. נְהוּא יִפְרוֹק יְיָ יִשְׂרָאֵל מִכָּל עֲוִיִּתָּיהָ & ipse redimet Israël ab omnibus peccatis eius. Syrus eandem constructionem seruat, v. gr. Tit. II. 14. וְנִפְתְּחֵם מִכָּל בָּטָלָהּ ut redimeret nos ab omni iniquitate. Quod si Pontificiis fauere voluisset Daniel, ita stilum informare debuisset: פִּירוֹן יִפְדֶּךָ מִן חַטֹּיִת בְּצַדִּיקוּתָא redime TE a peccatis tuis per elemosynam vel iustitiam. Quod quia non factum est, non habent, quod ex hoc loco sibi sperent Meritorum patroni.

VII. Num vero altera significatio, abrumpendi scilicet, finiendi & deponendi, Danieli congruat, dispiciendum quoque erit. Nihil vero ob stare videmus, quo minus heic illa obtineat. Nam sic passim cum Accusatio Rei absolute iungitur, quod maxime confirmat vocula יָת (Ebræorum יָת respondens) Levit. I. 17. Num. I. 51. IV. 5. in Onkelosi versione; & Exod. XIV. 25. in Hierosolymitana. Hinc sententia simplicissima erit: *abrumpe aut depone peccata tua per iustitiam*, i. e. peccata omitte, iustis actionibus stude, quæ peccatis contrariæ sunt, ita vt vnum pellat e subiecto alterum. Si Scripturæ verbis sit Daniel exponendus, rem optime conficiet Psal. XXXIV. 15. Recede a malo & fac bonum: aut II. Tim. II. 19. ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας,

nas, &c. vbi Syrus hac ipsa Radice controuersa vsus est, **חֹסֶה** **חֹסֶה** cesset ab iniquitate. Notio deponendi cum primis Ludovico de Dieu in h.l. placuit, quam ex Num. I. 51. stabiliiuit, eamque ita expressit: *Depone peccata tua*, quod nobis etiam perplacet, quamquam in altera voce **חֹסֶה** ab ipso discedimus, vt mox declarabitur.

VIII. Maxime vero obiiciunt nobis Pontificii LXX Seniores, (qui vertunt *μη τὰς ἀμαρτίας σε ἐν ἐλεημοσύναις λύσωσαι*) & Patrum Ecclesiasticorum auctoritatem. Quod ad Græcos attinet, vixerunt illi in Ecclesia decrefcente, quæ quantas tenebras *Iustificati* offuderit, a B. Chemn. P. 2. LL. f. 220. notatum est. Patres deinde, maximam partem *ἀνεβοόητος*, LXX virali versione, vt sæpe aliàs, deceptos esse, non est, quod miremur, sed hoc gratior nobis fit & commendatior lux restituta Linguarum Orientalium.

IX. Nunc facile erit de nostratium interpretatione iudicium. Tertia, quæ inter **פָּרַק** & **נָאֵר** siue **פָּרַח** distinguit, mihi, quod pace Auctorum dixerim, non videtur satis tuta, cum Daniel Chaldaice scripturus neque Rad. **נָאֵר**, neque **פָּרַח** potuerit vsurpare, quod vtramque Chaldæa lingua ignorat. Exemplis etiam ostendimus, vtramque Targumistas (etiam in vno v. 19. Psal. LXIX.) per eandem **פָּרַק** exposuisse. Prima, cum fide quidem bene congruit, dubito vero, an optime cum Grammatica, vtpote quæ *redimendi* significatum cum Accusatiuo Personæ & Ablatiuo Rei (non exclusâ Præpositione) perpetuo componit. Media via & sententia tutissima est, etiam certissima, quam etiam R. Salomo videtur intendisse Danielis textum ita interpretatus: *עַל צוֹרֶךְ פְּרוֹק נִדְרְךָ כְּפִי עֵשׂוֹר* & *peccatum tuum per iniustitiam abrumpe* (tanquam iugum) *a collo tuo*. Sine dubio ad phrasin Mosaicam respexit supra ex Gen. XXVII. 40. enotatam.

X. Pauca addo de voce **חֹסֶה**, quam *iniustitiam* exponunt nostri: LXX *ἐλεημοσύνας* vertunt, quos Pontificii & Iudæi agmine facto subsequuntur. Mirati quidam sunt, quare *elemosynas* reddiderint LXX, quod tamen in authentico textu est *iniustitia*. Sed mirum id non est, si Linguæ audimus idiotismum. Chaldæis enim,

Syris & Rabbinis eleemosyna a *Iustitia* denominatur. Chaldaeus צַרְקָה vel צַרְקָתָא Esther IX. 22. ita vsurpauit, dum Ebræa verba מַתְנוֹת לְאִבְיוֹנִים *dona pauperibus*, Chaldaice translata sunt. כַּעֲתָא דְצַרְקָתָא מַתְנֵן דְּחַשְׁיָהוּ *pecunias eleemosynæ tanquam dona pro pauperibus*. Syrus perpetuo Græcorum ἐλεημοσύνη per Ἰουδαῖον in N. Test. expressit Matth. VI. 1. 2. 3. 4. Luc. XI. 41. XII. 33. Act. III. 2. 3. 10. IX. 36. X. 2. 4. 31. XXIV. 17. Nec vidi exemplum, vbi vox hæc Syriace notet *iustitiam*, vtpote quam ex alia terminatione denominant Ἰουδαῖον & Ἰουδαῖον per Apocopen. Et notabilis est Tremellii glossa ad Luc. XII. 33. in Syro eius Opere his verbis adscripta: *Observatione dignum, quod Ebræis, Chaldaeis & Syris צַרְקָה & צַרְקָה i. e. iustitia dicatur eleemosyna, quo docent munificentiam erga inopes esse iustitia non postremam partem.* Pro Rabbinis suis loquatur Elias ex Thisbi pag. 76. כִּנְיָנוּ וְזוֹ לְקַרְתָּ לְחַנּוּן עֵינַי דְּקָה וְקִרְוֵי הַדְּקָה כִּנְיָנוּ וְזוֹ לְקַרְתָּ לְחַנּוּן עֵינַי דְּקָה כִּנְיָנוּ וְזוֹ לְקַרְתָּ לְחַנּוּן עֵינַי דְּקָה *Consueverunt Rabbini nostri s. m. donum, quod pauperibus datur, vocare צַרְקָה, & in lingua gentili-um exponunt, Ἀλμωσεν/ idque ex Græca Lingua desumptum est.*

XI. Non tamen cessat in Chaldaismo propria significatio, qua *iustitiam* valet, etiam rigide dictam & forensem. Psalm. LXXII. 2. צַרְקָה in *iustitia*, & in Emphatico statu צַרְקָתָא Pl. LXXXIX. 15. XCII. 9. Prov. XI. 5. 6. vt nihil faciat Lud. de Dieu, qui *eleemosynam* cum LXX & Vulgato manult propterea verti, quod *iustitia* Chaldaicis non צַרְקָה, sed צַרְקָתָא dicatur. Quid ergo ad tropum confugimus, cum propria significatio non solum recepta est, sed textui etiam apprime accommoda? Tyrannum iniustissimum exhortatur propheta, vt ab impietate desistat, & iustitiam exerceat tum *commutativam* in pœnis infligendis, tum *distributivam* in oneribus & tributis ad æquitatem moderandis. R. Elias pag. 77. adiecerat: לִפְיֵי דְקָה לְקַרְתָּ לְחַנּוּן עֵינַי דְּקָה לְקַרְתָּ לְחַנּוּן עֵינַי דְּקָה לְקַרְתָּ לְחַנּוּן עֵינַי דְּקָה *Stilo Biblico non est differentia inter צַרְקָה & צַרְקָה i. e. vtraque signat iustitiam, neutra eleemosynam.* Facile hinc de loco Danielis colligere licet. Quod si omnino a rigore *iustitiæ* ad *clementiam* & *benignitatem* trahere vocem velis, quia per ἐπιεχθήσῃσιν sequitur, & *præuaricationes tuas* עֲוֹנוֹתַי בְּמַתָּן עֵינַי *per misereri pauperum*; & haud rarus in Oriente vsus est, vt *beneficentia* per

per *Iustitia* nomen exhibeatur : nec sic tamen pro *merito operum*, obtinebis, cum *merendi vis* genuina explicatione verbi פֶּרַק supra omnis fuerit præclusa & relegata.

XII. Tandem per viam inspicimus verbum חֲטָאָה, de cuius Numero dubitari potest, *peccatum*, an *peccata* reddendum sit. Si Plurale, vti fere omnes interpretes verterunt; ἀνομάλως positum, est pro חֲטָאָה, Iod quiescente, vt solet apud Danielem & Efram ꝛ cum Nominibus pluratiuis: sin Singulare, nihil anomalix subest, cum Ketif Esræ V. 17. exhibeat Singulare חֲטָאָה, quod etiam חֲטָאָה scribi potest: sicut Ebræi חֲטָאָה & חֲטָאָה, cum dagefch & sine illo, referunt. Nec religio nostratibus est, interdum a Keri Masoretarum discedere.

II. Vfus Philologicus in explicanda Scripturæ phrasi.

IN Sacris non inuitatus loquendi modus est, ἰδεῖν τὸν θάνατον, *videre mortem*, Luc. II. 26. Ebr. XI. 5. & γύσειζ θανάτου *gustare mortem*, Matth. XVI. 28. Iohann. IIX. 52. Ebr. II. 9. Ebræas esse Phrases, nec ἐν Ἑλλάδι τῶν ἑθνῶν reperiri similes, plurimorum sententia est. Si exempla Ebræa potcis, adferunt verba Psalms LXXXIX. 49. לֹא יִרְאֶה מוֹת יְרֵאָה *non videbit mortem*. Circa alteram phrasin, *gustare mortem*, hæret aqua Ebraizantibus. Diligentissimus litteraturæ huius cultor Io. Vorstius in Philol. Sacr. cap. XXXIX ad Syrum prouocat, qui Ebr. XI. 5. pro ἰδεῖν θάνατον habet לֹא יִרְאֶה מוֹת *gustare mortem*; addit vnum Rabbinicum e Breschit Rabba exemplum, quod ex Buxtorfii Lexico Talmud. f. 895. allegauerat. Nos duo adiicimus, in vno versu Targum Hierosolymitani Deut. XXXII. 1. obseruata, vbi Moses ita Parascham orditur: הִנֵּנִי אֲנִי מִסְהִיד בְּעֵלְמָה הָרִין מְלֵא דְלֵלָה *ecce ego testor in hoc mundo verbum, quod mortem non gustat*; שְׂעֵמָן מוֹתוֹ מִסְהִיד אֲנִי בְּהוֹן שְׂמִיָּה וְאַרְעָה דְלֵלָה *testor contra eos cælum & terram, que mortem non gustant in hoc mundo, verum*; מוֹתוֹ בְּעֵלְמָה הָרִין בְּרַם סוֹפְרוֹהוֹן פֶּלֶן לְעֵלְמָה דְאַתִּי *eorum*

eorum finis est, ut consumantur in seculo futuro. Nec aliter alterum Targum, quod Ionathani tribuitur, sed ut in plerisque sequitur Hierosolymitanum, ita heic quoque טעמן מרחוקן *gustantes mortem* refert. Aliena proinde sunt, quæ Sebastianus Pfochenius sc&. CIV. libelli sui ex Euripide affert, γενεαὶ πένθος, κακῶν, *luctum*, aut *malum gustare*. Nam primum poetica sunt, & ipsis poetis rara: deinde non *mortem*, quæ vox in controuersia est, sed quiduis aliud gustandum exhibent. Quantum igitur abest, ut Apostolos ex Euripide, potius, aut simili poeta, quam ex Syro-Chaldæorum familiari vsu hanc vulgatissimam suam phrasin didicisse credamus?

II. Eadem ratio est phraseos ἀφίεναι ἐφειλήμα]α Matth. VI. 12. de qua B. Carpzouius in Libr. Symb. p. 1064. ex Chaldaismo, inquit, vox DEBITVM est. Verissime quidem. Inter innumeras enim cum Latii, tum Helladis Metaphoras ne semel quidem reperire licet remittere debita pro peccata condonare, aut debitum pro peccatum, debere pro peccare. Chaldæis hoc familiarissimum. I. Reg. VIII. 34. verba עמך לתפאת עמך & propitius sis peccato populi tui, Ionathan transtulit: ותשבוק לחובי עמך & remittes debita populi tui, quod v. 39. repetitur: quæ eadem verba retinet Syrus Matth. VI. 12. רמטת דביתא נאסטא remitte debita nostra. Onkelos pariter Gen. L. 17. רמטת דביתא רמטת דביתא רמטת דביתא remitte queso debita fratrum tuorum. Ebr. שאל נא נא פשע condona iniquitatem. Sic II. Sam. XII. 13. cum, Dauide dicente חטאתי peccavi, Nathan respondisset, abstulit Deus חטאתך peccatum tuum; idem Ben Vziel illud vertit, חבירי debui, hoc, וי אעבר חובך Dominus transire fecit debitum tuum. Etiam Iudic. X. 10. & 15. Ebræorum חטאתנו peccauimus, Chaldaice expressum est, רמטת דביתא debuimus.

III. Sic phrasin Chaldææ linguæ vindicauimus, non autem Syram, quæ coniunctissima illi est, exclusam volumus. Exod. XX. 5. Onk. מסער חובי אבתן, Syr. ופוטא נאסטא visitans debita (iniquitatem Ebr.) patrum. Cap. XXXIV. 7. פוטא נאסטא remittens peccata & debita, Ebr. ופשע עון iniquitatem & transgressionem, Esa. LIX. 2. פוטא נאסטא debita veltra (Ebr. עונותיכם) *sepa-*

separarunt inter vos & Deum. Ierem. XXXI. 34. אֲכַפְּרֶם לְעֵצְבֹתָם
remittam debita eorum, Ebr. condonabo iniquitatem.

V. Ebr. I. 3. Dei Filius dicitur *Φέγων τῶ πέντα τῶ ῥήματι τῆς*
δωδαιμωσ ἀυτῆς, quod diuinitatis argumentum esse ex Targum Pa-
 ralipomenon ostendi potest egregie. Deum enim a maiestate &
 potentia describens non semel, sed iterum iterumque paraphrasta
 vocat כְּבִירָא פְלִיאָא *portantem omnia*. vide lib. I. cap. XXIX. II.
 vbi τῶ πέντα explicantur כְּבִירָא פְלִיאָא כִּי מִה דְּיָ בְּשָׁמַיָא וְכִל מִה דְּיָ בְּעָרְעָא
omne quod in caelo & quod in terra est. Lib. II. cap. II. 6. ῥήματι δω-
 δαιμωσ respondet כְּבִירָא פְלִיאָא בְּרַע בְּרַע *brachio potentia sua.* Adde cap.
 VI. 18, & Cl. Beckii adnotata p. 14.

VI. Pariter κοιμᾶσθαι in Nouo Testamento passim de morte,
 praesertim piorum, singulari εὐφροσισμῶ dicitur. Nihil frequentius
 in Ebraeorum regum historia, quam וַיִּשְׁכַּב *& dormiuit*, eodem mor-
 tis sensu. Omnium clarissime Targum Ionathanis Deut. XXXII. 50.
 dum מָתָא *morere*, vertit שָׁכַב *dormi*, hunc idiotismum illustrauit.

VII. Nec tantum in phrasibus insignis vsus Chaldaismi est,
 sed saepe in singulis vocibus interpretandis. e.g. Dan. IV. 10. עִיר
 quod vulgo *vigil* exponitur, Graeci dubitabundi non vertunt, ἐπι-
 scribentes, quæ ipsa vox Chaldaica est. Non infeliciter videtur
 Cloppenburgius, in litteris ad Lud. de Dieu datis, expediisse rem,
 cum dixit esse, quod צִיר *legatus, nuncius, angelus*, & in ע Chaldaica
 consuetudine mutato. Pariter se torquent interpretes, qui
 sint Psalm. CXXXVII. 3. תִּלְלִינוּ, vt ex Kimchii & AbenEsra com-
 mentariis constat. Optime Abendana recentissimus, תִּלְלִינוּ כְּתוּמָה
 תִּלְלִינוּ כְּתוּמָה כְּתוּמָה כְּתוּמָה hoc est, תִּלְלִינוּ *est idem quod תִּלְלִינוּ*, & in ת
 mutato. שָׁרַל enim Ebraeorum, *predari*, notum est. Quod firma-
 tur praeter hanc Chaldaicam consuetudinem siue conuersionem תִּלְ
 שׁ in ת, ex Targum huius Psalmi, in quo est בְּזִנְנוּ *pradan-*
tes nos. De Chaldaeis autem loquens Psalmi auctor, Chaldaismum
 imitatus est.

III. Vfus Ifagogicus, fiue

Introductio in Linguam Syram.

Non præpostera, quanquam *מִדְּבָרֵי*, methodus illa est, quæ prius docet Syre *resoluere* aut *componere*, quam elementa Syrorum *legendo* cognoscere. Nihil enim in Syra Lingua est, quod plus deterreat tirones, quam apicum nouitas eorumque inusitata figura. Qui vero Chaldaicæ Linguae mediocriter peritus est, is paucis horis tantum potest proficere, vt Syriacum textum, Ebræis characteribus exscriptum, & resoluat non infeliciter, & maiorem eius partem intelligat. Quod si quis eo progressus est, non facile committet, (nisi pigerrimus fuerit) vt elementorum huius linguae ignarus habeatur, sed operam dabit, quo aliquali linguae huius notitiæ ipsam quoque legendi facultatem adiiciat. Quare quo plures ad sanctam Syrorum Linguam adduci queant, ISAGOGEN ex Chaldaea Lingua in Syriacam aperimus, & tanquam *Clauem Portæ* nostræ Syriacæ, adiungimus, vt quilibet intelligat, quantæ facilitatis sit, Chaldaicis mediocriter arreptis Syriaca contingere.

I. De lectione, vt dixi, iam parum solliciti sumus, si illud adnotauerimus, esse primum Syris hodie veras Diphthongos, earumque præcipuas *au*, *ai* &c. deinde *l* initiale vt *W* legi, & *Was* proinde vocari: Patach tertium hic nullum dari, neque Scheva Compositum, & Kamez Vocali Dsquo-pho respondere, atque crassius, tanquam *O*, pronunciari.

II. NOMINIS tres Status, in vtroque Numero, iidem sunt Chaldaicis atque Syris, si Masculinos Plurales, Emphaticum atque Constructum, exceperis, quorum ille in *l* (N.) pro N^o; hic in *l* (N.) pro *l* definit: quanquam Syri in multis etiam Chaldaicam formam N^o Pluralis Masculini habent, vt *לְבָנִים* filii, *לְבָנִים* casti, &c.

III. PRAEFIXA utrobique sunt plane eadem, nisi quod Syri pro כ & ד integras voculas כ (כ) & ד (ד) vsurpant, & ב æque Accusatiuum ac Datiuum signat. Peculiari enim notula Accusatiui ב aut simili, destituuntur Syri.

IV. SUFFIXA etiam Pronomina fere eadem sunt. Sola I Persona Pluralis $\text{נִרְ$ (נִרְ) pro $\text{נִרְ$; & נִרְ per נִרְ (נִרְ) Diphthongum legitur: Iud singulare, *meus*, sine Vocali scribitur, seu prorsus inter legendum occultatur.

V. Multa etiam ex Separatis Pronominibus conueniunt, nempe אֲנִי *ego*, [quanquam Syri אֲנִי vel אֲנִי scribunt, quod Scheva Compositum ignorant, nec א pati potest Scheva Simplex.] אַתָּה *Tu*, אַתְּם *Vos*, הוּא *ille*, sed Syri abiecto א scribunt הוּ vel הוּ . Etiam Possessiuæ per שֵׁנִי שֵׁנִי descripta, vtriusque Linguae sunt. Ceterorum vel conuenientiam, vel differentiam, vsus docebit.

VI. Formatio Verborum Syra a Chaldaea parum differt, nempe formatiuæ III Personæ Futurorum non est Iod, sed *Nun*: & Chaldaea Infinitiuorum terminatio נִ Syre fit נִ &c. Chirek quoque Paruum sub formatiuis litteris, [etiam in I Sing. Prat. Peal] in Zere vel Revozo; & Kibbuz vel י Futuri & Imperatiui Peal (quod neutram harum Vocalium Syri habent) in י conuertitur.

VII. Maxima quoque harmonia est Verborum Anomalorum, nec litteris forsitan Syri a Chaldaeis discrepant, sed punctis nonnunquam Vocalibus, v. g. Aphel in נִ & נִ ab נִ (נִ) incipit, & propter rationem de Scheva supra allegatam Iud in Pe Iod Chirek vel Chevozo, pro Scheva; in Pe Aleph Zere vel Revozo, itidem pro Scheva habet, &c.

VIII. Particulæ Syrorum pleræque etiam Chaldaeis in vsu sunt, & si quid discrepant, id leue & exiguum est, v. g. כַּלְדַּיִם , Chaldaice כַּלְדַּיִם *tantum*: כַּלְדַּיִם , Chald. כַּלְדַּיִם *sub*: כַּלְדַּיִם , Chald. כַּלְדַּיִם *ante*, &c.

IX. Nec minus Chaldaismus viam, tendentibus ad Samaritarum linguam, aperire potest. Hæc enim, vbi in formatione ab Ebraea differt, cum Chaldaica apprime concordat, v. g.

1. In Statibus Nominum. Absolutus & Constructus nihil differunt a Chaldaismo, præter Masculinum pluralem, qui sæpius terminatione מִן ם , ebraizat, quamvis nec raro quoque in מִן ן . Chaldaico more desinat. Emphaticus etiam Chaldaico respondet, præsertim illius dialecti, qua Daniel & Esras vsi sunt, id est, quæ נ ן pro N terminali amat. Omnem enim emphasin Samaritæ in נ finiunt. v. g. נַרְשִׁים rex, נַרְשִׁים reges: בְּרִכְיָה benedictio, בְּרִכְיָה benedictiones.
2. Præfixa quoque sunt Chaldaica, & præter communia cum Ebraeis, נ ן & Relatiui vim habet, & Genitiuum designat, vt apud Chaldæos.
3. Neque Suffixa discedunt ab Chaldaismo, nisi quod pro נִין Samaritæ Ebræum נִין ן , & pro נִין alteram formam נִין ן , aut Syriacam נִין ן malunt.
4. Verborum Formatio a Chaldaica vix differt. Conueniunt enim in Formatiuus litteris N siue נ ן Aphel & Passiuarum: נ Infinitiuui Peal, נִין Futurorum. Terminationes quoque Chaldaicæ sunt præter Fœmininas Personas Præteritorum, II Sing. & III Pluralem, quas Syro more Samaritani in נ finiunt. In Quiescentibus etiam & Defectiuus Verbis magna est conuenientia.
5. De Particulis & aliis Vocabulis nihil est, quod adiiciamus. Etsi enim non pauca habent Samaritæ, quæ propria sunt suæ linguæ, & ex Glossario peti possunt: tamen in plurimis vocibus cum Chaldæis conueniunt.

Ergo sicut ex Ebræa Grammatica facilis ad Chaldæam linguam transitus est: ita multo facilior planiorque via est, qua ex Chaldaismo ad Syrorum Samaritarumque linguam peruenitur.

MESSIOLOGIA TARGVMICA.

Veteres Iudæos melius sensisse de Messia suo, quam recentiores; & Prophetarum oracula concinnius explicasse, dudum Christiani viri

viri obseruauerunt. Causa degenerandi est odium in CHRISTVM & Christianos acerbissimum: nec ipse Raschi diffitetur, se Psalmos, quos maiores de Messia exposuerant, de Dauide explicare לְמַעַן תִּשְׁמַע אֲדָמָה אֶת־רֵשׁוֹן ad responsonem hereticis (per quos Christianos notat) eo facilius reddendam. Pessimam sic causam suorum prodidit, vsque eo, vt ipsos posteriores Iudæos pœnituerit, in vulgus exiisse mysteria, sua, deleuerintque illa verba ex Perusch ad Psal. II. licet reliquerint eadem ad Psalm. XXI. 2. quem veteres Iudæi etiam de Messia exposuerunt, vt ex Targum constat, quod sic exorditur: יְיָ בְּעֶשְׂנֵךְ יִתְחַדֵּשׁ מְשִׁיחֲךָ Domine in virtute tua letabitur Rex Messias. Sed nec ex illo priore loco (Psal. II) expungere ita potuerunt, quin Edvardus Pocoke, diligentissimus harum rerum indagator, illorum vestigia in MS. codicibus reperiret. Videantur eius Notæ ad Portam Moſis cap. VIII.

Non ergo dubium potest esse, quin idem circa alia de Christo vaticinia Iudæorum impietas aua fuerit, cum Kimchi, AbenEfra, Abarbanel aliique multo aliter interpretentur Prophetarum verba, quam in Paraphrasibus Chaldaicis sunt exposita. Exemplo fit hæc Messiologia Targumica:

Genes. XLIX. 10. Ex Targum Onkelos.

לֹא יֵעָרֵי עִבְרֵי שְׁוֹרְטָן מְרַבֵּית יְהוּדָה וְסִפְרָא מִבְּנֵי בְּנוֹדֵי עַד־עֲלָמָא עַד־דְּיֵיתִי מְשִׁיחָא דְרִילִיָּה תִּיא מְלָכָתָא וְלִיָּה יִשְׁתַּמְעֵן עַמְמֵי:

Verſio Latina.

Non cessabit exercens imperium de domo Iehuda, nec scriba de filiis filiorum eius in saculum: donec adueniet MESSIAS, cuius est regnum, & ipsi obedient populi.*

* Targum Hierosolymitanum eodem fere modo: עַד וְזִמן דְּיֵיתִי מְשִׁיחָא מְלָכָא מְשִׁיחָא usque ad tempus, quo veniet Rex Messias. Nec aliter Targum, quod dicitur Ionathanis. Qua fronte ergo recentiores Iudæi promissum hunc שִׁילָה interpretantur vel de Dauide, vel Mose, vel Ahia Silonita, vel de ipso oppido Silo eiusque ruina? Vide de diuersis his sententiis AbenEfram, in Perusch ad h. l. & Menassen Ben Israel in Conciliatore p. 90. seq. De origine vocis שִׁילָה in Etymologico ad Philolog. Sacram in Rad. שִׁיָּל vel שִׁיל diximus.

Numer. XXIV. 17. Ex Targum Onkelos.

יָקוּם מֶלֶךְ מִיַּעֲקֹב וַיִּתְרַבַּח מִשִּׁיחָא מִיִּשְׂרָאֵל וַיִּקְטֹרַח
בְּרַבְרֵי מוֹאָב וַיִּשְׁלוֹט בְּכָל־בְּנֵי אֲנָשִׁי:

Verfio Latina.

Surget Rex ex Jacob, & ungetur (magnus fiet) Messias
ex Israel, & occidet magnates Moab, & dominabitur in omni-
bus filiis hominum.*

* Angli heic & Esa. XI. i. verterunt *ungetur*, ex ritu inaugura-
tionis regiae apud Iudæos.

Ex Targum Ionathanis Ben Vziel I. Sam. II. 10.

וַיַּעֲבֹר בּוֹרְעָנוֹת מִן מוֹגֵז וּמִמְשַׁרְתָּ עִמָּמֶן הַטּוֹפֵין דְּאֵתָן
עֲמִיָּה מְסַפְרֵי אֲרָעָא וַיִּתֵּן חוֹקָפָא לְמַלְכֵיהּ וַיְרַבֵּי מְלָכוֹת מְשִׁיחֵיהּ:

Verfio Latina.

*Dominus faciet ultionem de Magog, & de exercitu gen-
tium raptorum, qui venerunt ex finibus terræ: & dabit
fortitudinem regi suo, & multiplicabit regnum Messie sui.*

Primus locus S. Scripturæ, vbi auspiciatissimum nomen MESSIAE
occurrat, qui mundi Seruator futurus sit, est I Samuel. II. 10.
יָרָם קֶרֶן מְשִׁיחוֹ *exaltabit cornu Messie sui.* Præcesserat in E-
braeo: *dabit robur Regi suo.* Ralbag ibi per *Regem* intelligit
Saulen: per *Messiam* vero Dauidem. At rectius Kimchi כָּל
דָּבָר כִּי הִלָּךְ הוּא הַמֶּלֶךְ *repetitur*, inquit, *eadem res, quia Rex
est ille ipse Vinctus*: sed postmodum pariter applicat ad regem a
Samuele vinctum, quod vel de Saule vel Dauide intelligi o-
portet. Chaldæus autem de Messia veri nominis intellexit, dum
bellum *Magog* admiscet, quod ad Messiam Iudæi omnes reiici-
unt. Minus de Chaldæi mente nos dubitare R. Abendana in
Spicilegio ad Michlal Iophi finit, quando recensitæ Ralbagi sen-
tentia subiicit כִּי הִלָּךְ הוּא הַמֶּלֶךְ *Jonathan autem [Chal-
dæus] exposuit de Rege Messia.* Verissime. Nam tum temporis
politicus rex in Iraele ignotus erat, & huius Messia imperium
extenditur ad אֲפְסֵי אֲרָץ *fines terre*, quæ passim est descriptio
totius terrarum orbis, teste ipso Kimchio in Psalm. LXXII. 8.

vbi de his verbis ait, על חלק המשיח הוא עתיד יותר כי ממשלו de Rege Messia melius explicari (quam de Salomone aut simili) eo quod imperium eius futurum sit in toto mundo. Adde Gloss. Vinar. & B. Gerhard. Exeg. p. 1122.

Esa. IV. 2. Targum Ionathanis.

בְּעֵתָא הָהוּא יְהוּ מְשִׁיחָא רַבִּי לְחַדְוֵהּ וְלִיקָר וְעִבְרֵי
 אֲוֵרְתָא לְרַבּוּ וְלַתּוֹשְׁבָתָא לְשׁוֹבֵת יִשְׂרָאֵל.

*In tempore illo erit * Messias Domini in gaudium & honorem & facientes legem in amplitudinem & in laudem † eua-
 sioni Israelis.*

* Ebraice pro Messia Domini est גֶּרְמַן הַדָּוָה Germen Domini.

† Angl. his qui liberati fuerint de Israel.

Esa. IX. 6. eodem Ionathane interprete.

אִמָּה נְבוֹיָא לְבֵית דָּוִד אֲרֵי רַבִּי אֲתִילִיד לְנָא בֶן אֲתִהִיב
 לְנָא וְקַבִּיל אֲוֵרְתָא עֲלוֹתֵי לְמַטְרָה וְאֲתִקְרִי שְׁמִיָּה מִן קִדְּ
 מִפְּרִיא עֵצָה אֱלֹהֵא גִבְרָא קָדִים לְעֲלַמָּיָא מְשִׁיחָא דְשְׁלָמָא
 יִסְגֵי עֲלֵנָא בְּיוֹמֵהּ י.

Versio Latina.

Dicit Propheta domui David: Nam puer natus est nobis, filius datus est nobis, & suscepit legem super se ad seruandum eam. Et vocabitur nomen eius ab eo, † qui mirabilis est consilio, Deus fortis, permanens in secula, Messias pacis, quae crescet super nos in diebus eius.

† Hæc translatio est Hottingeri in Append. Gramm. Syro. Chald. p. 157. At Opus polyglottum Anglicanum habet: *Et vocabitur nomen eius a facie Admirabilis consilii, Deus, vir permanens in æternum, Christus, cuius pax multiplicabitur super nos in diebus eius. Quam vero degeneres filii maiorum sunt AbenEsra, Kimchi, alii- que, qui hoc vaticinium de Hiskia inepte interpretantur? An enim ille princeps pacis (quod solum nomen Hiskia Kimchi adiu- dicat, cetera Deo nominanti adscribit) qui grauissimis bellis implicatus fuit? AbenEsra quidem nexu & ordine verborum*
 victus

victus eiusdem prophetiæ , הנכון נעמי כי כל אלה שנות הילך
mihi prorsus, inquit, verisimile est, quod omnia hæc sint nomina pue-
ri: at in applicatione tum errat, tum hæret & nihil agit.

Esa. XI. 1.

וּפּוֹק מִלְכָּא מִבְּנוֹהוּ דְיִשְׁי וּמְשִׁיחָא מִבְּנֵי בְנוֹהוּ יִתְרַבֵּי :

Verfio Latina.

*Et egredietur Rex ex filiis Isai, & Messias ex filiis filiorum
 eius † magnificabitur.*

† Angli ungetur verterunt perinde ac Num. XXIV. 17. metonymi-
 ce. Buxtorf in Lex Talm. *progerminabit*, fortasse quod alibi צמח
progerminare in Targum per רָבָא . & Hiphil הצמיר per Pael
 רָבִי expositum est. Vid. Job. V. 6. XXXVIII. 27. Psal. CIV. 14.

Ex eadem paraphrasi Esa. XXVIII. 5.

בְּעֵרְנָא * הָהִיא יְהִי מְשִׁיחָא בְּרִי צְבָאוֹר לְכִלְוֵא דְחַדְוֵי
 וְדִקְרָר דְּהוּ שְׂבַחָא לְשִׁאֲרָא דְעַמֵּיהּ :

Verfio Latina.

*In tempore illo erit Messias Domini Zebaoth in coronam
 gaudii & in diadema laudis residuo populi sui.*

* Eadem sensu sunt, & fere etiam verbis, quæ modo ex Esa. IV. 2.
 attuleramus. Ibi עֵרְנָא *tempus* cum Masc. Pronomine הָהִיא ,
 heic cum Fœm. הָהִיא constructum legitur. Nam sæpius hæc
 vox Fœminina est, & עֵרְנָא הָהִיא passim alibi inuenitur, vt
 Gen. XXI. 22. in Onk. & Ionathane : & apud verum Ionathanem
 Esa. LII. 6. Ierem. XXXIII. 15. Michæ IV. 6. &c.

Esa. LII. 13. interpretis eiusdem.

הָא בְּצִרְחָ עֲבָרֵי מְשִׁיחָא יְרוּם וְיִסְגֵי וְיִתְקוֹף לְחַדְוֵי :

Verfio Latina.

*Ecce prospere aget seruus meus Messias, exaltabitur, &
 crescet, & corroborabitur valde.*

Nec solus Targumista, sed omnes antiqui Iudæi כה אקר קיימו וקבלו
 uno ore statuerunt, & ex traditione accepe-
 runt, (Esaïæ cap. LIII, cuius iam initium, seu cap. LII. v. 13. attu-
 limus)

linus) *sermonem de Messia esse*, quæ ingenua confessio est R. Afschech in h.l. Sed quod ex hac pericope tela contra se acutissima depromi videbant, quidquid de Messia heic dictum est, ad Israelem exilio laborantem malitiose detorserunt Raschi. Aben-Esra, Kimchi, Lipman, Abarbenel, & hodie, quantum constat, omnes.

Targum Jerem. XXIII. 5.

הָא יוֹמֵיָא אֲתָן אֲמַר יי וְאִקִּים לְרוּד מְשִׁיחַ דְּצַדִּיקָא וְיַמְלוּךְ
מֶלֶכָא וְיִצְלַח וְיַעֲבֹד דִּין דְּקָשׁוּשׁ וְנִכְוּ כְּאַרְעָא : בְּיוֹמוֹהֵי תִּפְרָקוּן
דְּבֵית יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל יִשְׂרֵי לְרַחֲצֵן וְדִין שְׂמִיָּה דִּיהוּן קָרוּן
לֵיהּ וְתַעֲבֹדוּן לְנָא זִבְחָן מִן קָדָם יי בְּיוֹמוֹהֵי :

Versio Latina.

Ecce dies venientes, dicit Dominus, & excitabo Davidi Messiam iustorum, & regnabit Rex, & faciet iudicium veritatis atque iustitiae in terra. In diebus eius saluabuntur, qui sunt domus Iehude, & Israel habitabit in fiducia, & hoc est nomen eius, quo vocabunt eum: Efficientur nobis iustitiae a Domino in diebus eius.

Eadem fere Paraphrasis est c. XXXIII. 15. solo nomine דְּצַדִּיקָא *iustorum*, mutato in דְּצַרְקָא *iustitiae*. De diuino autem nomine יהוה צַרְקָנוּ *Dominus iustitia nostra*, iudaizat æque Chaldaus atque vulgares Rabbini, vt ex Kimchi interpretatione patet, וְקָרוּ שְׂמֵיהּ כֵּן דַּעַס "לְדַקְנוּ לְפִי אֲדִימוּ יֵהִי דַק" לְנוּ קִיּוּם תַּיִד *Israel vocabit Messiam eo nomine DOMINVS IVSTITIA NOSTRA, propterea quod in diebus eius erit nobis iustitia Dei perpetuo firma, nec recedet.*

Targum Hoseæ III. 5.

בְּתַר כֵּן יִתְּבוּן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיִתְּבַעוּ ית פּוֹלְחָנָא דֵּי
אֱלֹהֵהוּן וְיִשְׁתַּמְעוּן לְמִשְׁרָאָא בְּרִי דְרוּד מֶלְכְּהוּן וְיִתְּנְהוּן לְפּוֹלְחָנָא
דֵּי וְסַגֵּי טוֹבִיָּה דֵּי יִתֵּי לְהוּן בְּסוּף יוֹמֵיָא :

Versio Latina.

Postea reuertentur filii Israel, & quarent cultum Domini Dei

Dei sui, & obediens Messie filio David Regi suo, & * docebit illos in cultu Domini, & multiplicabitur bonum eius, quod adferet illis in fine dierum.

* Angl. studebunt cultui Domini, quem sensum יתנן sine ה referret, cuius præsentia Suffixum ostendit, non terminationem Verbalem.

Targum Mich. V. 1. [al. 2.]

וְאֵת בֵּית לְחָם אֶפְרַתָּהּ בְּעֵר הַיְּהוּדָה לְאַתְמַנְחָה בְּאַלְפֵי
דְּבֵרֵת יְהוּדָה מִנֶּדֶד קִדְמֵי רִפּוּק מְשִׁיחָה לְמַהוּר עֲבֵד שְׁלֹמֹן
עַל יִשְׂרָאֵל דְּיָ שְׁמִיהָ אֲמִיר מְלִקְדָּמָן מִזְמַר עֲלֵמָה:

Versio Latina.

Et tu Bethlehem Ephrata, quasi parua fuisti, ut numeraveris inter millia domus Iehudæ: ex te coram me prodibit Messias, ut sit exercens dominatum in Israel: cuius nomen dictum est ab initio, a diebus sæculi.

* Cur igitur AbenEsra cap. IV. 12. scripsit דומיל הוא זרובבל Dominator hic est Zerubabel? Candidior Kimchi, מוטל בְּיִשְׂרָאֵל וְהוּא Dominator in Israel: hic est Rex Messias: & Raschi commentatus est דוּר כֵּן דוּר ex te egredietur mihi Messias Davidis filius.

Targum Zachar. VI. 12.

הָא וְבָרָא מְשִׁיחָה שְׁמִיהָ עֲתֵד דְּיִתְגַּלִּי וְיִתְרַפִּי וְיִבְנֵי יִרְמְיָהּ
הַיְכָלָא דְּיָי:

Latina Versio Operis Angli.

Ecce vir Messias * nomen eius, qui reuelandus & magnificandus est, & edificaturus templum Domini.

* Ebraice זֶמַח שְׁמוֹ nomen eius ZEMACH, id est, germen.

Hactenus ex antiquis paraphrasibus de Christo testimonia, quæ sequuntur posterioris ætatis sunt, quædam etiam fabulis coinquinata.

Tar-

Targum Hierosolymitanum Gen. III. 15.

הָיוּ אֲסוּ לְכַנְהַה דְּאַתְתָּהּ וְלֹךְ חוּיָהּ לֹא הָיוּ אֲסוּ בְּרֹם
עֲתִידִין הֵנוּ אֱלֹהִים לְאֱלִין לְמַעַבְדִּי שְׂפוּתָהּ בְּעַקְבָּהּ בְּסוּף
עַקֵּב יוֹמֵיהָ בְּיוֹמוֹי דְּמַלְכָּה מְשִׁיחָה:

Verfio Latina.

Erit sanatio filii mulieris, & tibi, serpens, non erit sanatio, quia illi sibi facturi sunt mutuo emplastra in [læsa] calce, in fine extremitatis dierum, in diebus Regis Messie.

Targum Hierosolymitanum Exod. XII. 42.

מֹשֶׁה יִפּוֹק מִן גּוֹ מִדְּבָרָהּ וּמַלְכָּה מְשִׁיחָה מִן גּוֹ רֹמְמָה
דִּין וְדָבָר בְּרִישׁ עֲנָנָה וְדִין וְדָבָר בְּרִישׁ עֲנָנָה וּמִמְרָהּ
דִּין מְדָבָר בֵּין פְּרוּחֵיהוֹן וְאַנְהוּן מִתְּלִכִין כְּדָרָה:

Verfio Latina.

*Moses egredietur e medio deserti, & Rex Messias e media Roma: hic *ducet in capite nubis: & ille ducet in capite nubis, & Verbum Domini ducit inter ambos illos, & ipsi incedunt simul.*

* Angl. preibit in nube. Quæ de Roma dicuntur, gemella iis sunt, quæ in Rabbinitismo p. 36 ex Sanhedrin allata sunt.

Targum Psalm. XLV. 3.

שׁוֹפְרָה מַלְכָּה מְשִׁיחָה עֲרִיף מִבְּנֵי נְשֵׂא אֲתוֹהִיב רוּחַ נְכוּאָה
בְּסִפּוֹתָהּ מְסוּרָה בֵּן בְּרֻכְנָהּ יִי לְעֵלְמָה:

Verfio Latina.

Pulcritudo tua, o Rex Messia, excellens præ filiis hominum: datus est spiritus prophetie in labiis tuis. Propterea benedixit tibi Dominus in saculum.

Targum Psalm. LXXII. 1.

עַל יְדוֹי דְּשְׁלֵמָה אֲתֵאמֵר בְּנְכוּאָה אֲתֵהֵא הִלְכַת דְּיוֹנָה לְמַלְכָּה
מְשִׁיחָה הַב וְעֲרֻמְתָּה לְבְרִייה דְּרִנּוֹד מַלְכָּה:

fol

M Verfio

Verſio Latina.

Per Salomonem dictum est in ſpiritu prophetie: Deus, rationes iudicii tui Regi Meſſie da, & iuſtitiam tuam filio Davidis regis.

Targum Threnor. IV. 22.

בְּתֵר כֵּן יִשְׁלַח עֲוֹתֶיךָ כְּנִשְׁתָּא רְצִיוֹן וְתִתְּרַקֵּן עַל
יְדֵי דְמִשְׁיַח וְאַלְהוֹ כְּהֵנָּה רַבָּנִי:

Verſio Latina.

Poſtea finiet iniquitatem tuam, o congregatio Zionis, & liberaberis per manum Meſſie & Elie ſacerdotis magni.

Targum Cantic. IV. 5.

הֲרֵן פְּרִימֹה דְעֵתִידֵן לְמִפְרָקֶה מְשִׁיחַ בְּרֵד דְּוֹר וּמְשִׁיחַ
בְּרֵד אֶפְרַיִם:

Verſio Latina.

Duo liberatores tui, qui te ſaluaturi ſunt, Meſſias filius Davidis, & Meſſias filius Ephraim.

* Putidam fabulam de gemino Meſſia, Iosephi & Davidis filio, illo *πρωτος*, hoc glorioſo, ignorarunt veteres Iudæi & Targumiſtæ. Vix ergo antiquius Talmude commentum eſt, quod inculcat etiam Pſeudo-Ionathan Exod. XL. 11, & recentiores Rabбини, Raſchi in Eſa, XI. 13, XXIV. 18. AbenEſra in Pſal. LXXX. 18. Abarbenel in Eſa, LII. p. 78. col. 4. & cum primis auctor Avcath Rochel lib. 1,

ע"ג (0) ע"ג

ע"ג

Index I Anomaliarum.

N epentheticum 1. 53
 in fine non duplicatur 2
 medium in ^o mutatum 42
 אב pater 8. 19
 אבא pater meus 19
 אבא iuit 30. 37
 אבא frater 19
 אבא est 24. 25
 אלהי Dens cum Praefix. 52
 אמה mater 9
 אמה ancilla 9
 ארץ terra 65
 ארץ venit 38. 63
 אב in, pro ב, 11. 12. 49
 בית domus in Plur. 10
 בן filius 10
 בתא filia 10. 68
 בן praefixum 11. 13
 subauditur 54
 בדי, דידי, דידי meus &c. 27
 ה charact. Dan. & Esr. 31. 60
 יה respuit patach furtiv. 4
 היה fuit Syntax. 55
 Infin. irreg. 44
 הי expletiv. 49
 הימין credit 31
 ו mobile duplicatur 2
 pro quiescente 53
 ו in ו mutatum 65
 זמנא tempus 67
 זבב peccare 78
 זמנא cuius Numeri 77
 otiosum pro Zere 2
 mobile duplicatum 2

יי diuinum nomen 3
 יי Nominatiui 56
 cum Suffixis 53
 יד Dan. & Esr. 2. 16
 כורסי thronus 9
 כן idem, ipse 26
 לילה nox 8. 68
 ליה non est 24. 25
 מדיעם quidquam 28
 מור mori 39
 מימרז verbum 55
 נ pro dagefch 2
 suffix. Syriz. 62
 נן terminatio I Pl. 63
 נסב sumsit 30
 נסב adscendit ibid.
 נתן dedit defect. ibid.
 סוב Iod in Prat. sumit 69
 סרק adscendit, defect. 69
 סנא in Particip. retinet 45
 עבר fecit anom. 30
 עדנא cuius Gen. 86
 עיר pro ציר 79
 פרק quid proprie 72
 פ in ו vel ע mutatum 65
 צדקה an eleemosyne 75
 קריא urbs 8
 רעיא pastor 9
 ש in ה mutatum 65. 79
 שכב mori 79
 שומ, שמה nomen 8. 19.
 הוללים predones 79
 מרח duo cum Suffix. 19

Index II Rerum notabiliorum.

- | | |
|---|--|
| <p>Abbreuiatio 2. 3.
 anomalia Nominis 8
 aphæresis 62. 65
 apocope אָפּוֹכּוֹפּ feruil. 5
 radic. 65
 in Verb. אָפּוֹכּוֹפּ 44
 Chirek pro Kibbuz perperam po-
 situm 20
 Dagesch resolutum 2
 Dialecti Chald. 56
 Dan. & Efr. 60
 poster. Paraphr. 61
 Dualis Numerus 6
 Enallage Generis 54
 $\text{גְּוֵעַדַּי גְּוֵעַדִּים}$ 77
 Græca in Chald. 64
 Hophal 28. 61
 $\text{יְדֵעִין יְדֵעִינָא}$ 77
 Jonathan paraphr. 57
 Kamez pro Cholem 66
 Latina in Chald. 64
 Numeralia 71
 Onkelos 58
 paragoge 17. 18
 Participia Plur. M. variant 9. 45
 Particulæ seruiles 23
 suffixa Plur. 24.
 pleonaf. 55</p> | <p>Persona I Præt. 33. 52
 III Fœm. 29
 Pluralia tantum 10
 Pronomen coalescit cum Parti-
 cip. 55
 Reciprocum 28. 55
 prosthesis 65
 Pseudoionathan 59
 punctatio Chald. incerta 3. 30
 $\text{פְּעֻעֵינּוּ מְאֻלָּא}$ 79
 Quadrata verba 31
 Rabbinismus paraphrastar. 63
 sibilantis transpositio 31
 permutatio 65. 79
 Singularia tantum 10
 Status Constructus pro Absolu-
 to 54
 Suffixio Infinitiuorum 21
 Verborum אָפּוֹכּוֹפּ 21. 22
 Particularum 23. 49
 Suffixa puncta transponunt 19
 Syncope in Nominibus 10
 Verbis 31
 Syriaca lingua an diuersa a
 Chald. 57
 Syrismi in Chald. 62
 Targum quam antiquum 58
 Hierosolym. 59
 Vocales in Targum confusæ 3. 50.</p> |
|---|--|

Pag. 40. lin. 1. scribe *Dan. VI. 19.* pag. 63. lin. 24. ad אָפּוֹכּוֹפּ Prov. IX. 5.
adde *in Veneris.* p. 69. col. 1. lin. 23. ad *Fœm.* adde *sepius.*

F I N I S.

